DE ANACOLUTHIS HERODOTEIS.

COMMENTATIO,

QUAM

PERMITTENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM LUNDENSIUM ORDINE

PUBLICAE CENSURAE SUBJICIT

SAMUEL EDVARDUS MELANDER,
PHILOSOPHIAE DOCTOR.

IN AUDITORIO PRIMO, A. D. VIII ID. FEBR. MDCCCLXIX,

H. A. M. IX.

LUNDÆ,
TYPIS BERLINGIANIS,
MDCCCLXIX.

— in anacolutho et caussa et modus est.
Madvig in Cic. Fin. II, 12, 37.

Herodotus, quem constat propter egregiam illam rerum factorumque describendorum facultatem, qua *λογογράφους* vel annalistas superavit, parentem historiae appellatum esse, ipso quoque sermone, qui inter Ionicum et Atticum quasi in medio est, adeo praestitit, ut in prosae orationis scriptores, quos Graecia tulit summos, eum referre jam homines antiqui non dubitaverint [1]). Atque in rebus narrandis quae virtutes Herodoto sint tribuendae, hic non locus est persequendi; cujus si quis adumbratam imaginem desideret, ea adeat, quae viri docti Lhardyus, Steinius, Abichtius, alii attulerunt. Mihi vero hoc tantum commemorare liceat, Herodotum illud secutum esse, ut legentes vel, ut rectius dicam, audientes non modo vera atque accurata narratione doceret sed etiam nitida ac venusta oratione delectaret. Nitor autem et venustas quaedam orationis, quae in libris Herodoti ubique fere cernuntur, ex eo repetenda videntur, quod Herodotus id potissimum scribendi genus elegit, quo gesta hominum illustrium aliasque res commemoratu dignas candida simplicitate et ambagibus artis subtilioris remotis aequalibus posterisque traderet. Quae scribendi forma ad animos hominum alliciendos maxime idonea fuit, quum

---

[1]) Quantam in ipsa antiquitate auctoritatem Herodotus habuerit, quum multa demonstrant tum haec: Dionys. Halic. de Thucyd. pag. 865, ex editione Reiskiana; Athen. III, cap. 15, ed. Meineke; Longinus, De subl. XIII, 3, — *Ὁμηρικώτατος* —; Quintil. Inst. orat. IX, 4, 16 et 18; X, 1, 101.

praesertim libri Herodoti non tam lecti quam recitati innotuerint; erat enim illa aetate scriptorum mos, ut per Graeciam proficiscentes praesertim ludis publicis et a tota Graecia concelebratis scripta sua recitarent, atque si veterum scriptorum testimoniis quid fidei habendum est, Herodotus Musas suas legit Athenis [2]) et Corinthi [3]) et Thebis [4]) et haud scio an etiam in Olympia [5]). Ex quo nativae simplicitatis studio ortae sunt quum multae verborum conformationes Herodoto propriae tum plurima anacolutha, in quibus usurpandis scriptor ad intelligentiam atque judicium, quae audientium coronae esse potuerunt, ubique sese accommodavit; neque enim Herodotum in concione hominum ex omnibus Graeciae partibus confluentium libros suos recitaturum fugit, *libenter et jucunde narrantis non esse diligentem grammaticae rationem habere* [6]). Quo in genere a Thucydide vel maxime distinguitur, apud quem permulta deprehenduntur anacolutha, quorum plurima ex universo hujus scriptoris sermone ab Herodoteo diverso exorta sunt. Sunt enim, ut Cicero apte dicit, libri Thucydidis grandes verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves et ob eam ipsam caussam interdum subobscuri [7]).

Jam mihi, cui ut de anacoluthis Herodoteis instituerem quaestionem propositum est, nihil antiquius videtur, quam ut Tullianum illud secutus, omnem, quae a ratione suscipiatur, de aliqua re institutionem a definitione proficisci debere, anacoluthon quid sit, ante omnia definiam. Est igitur Anacoluthon (*Ἀνακόλουθον* l. *Ἀνακολουθία*) figura quaedam in eo posita, ut constructio, a qua scriptor exorsus est, imperfecta relinquatur, sententia autem alia constructione assumpta ad finem perducatur. Figuram autem dico esse anacoluthon, cui aliqua semper caussa consulto subjecta sit sive gravitatis sive perspicuitatis sive venustatis sive animi affectionis ejus, qui scribit aut loquens a scriptore inducitur [8]), quod nisi

---

[2]) Eusebii Chronic. Ol. 83. 3. Cfr. Plutarch. *περὶ κακοηθ. Ἡρ.* p. 862, ex editione Reiskiana, cap. 26.

[3]) Scriptor incertus in Dionis Chrysostomi editione Dindorfiana, Tom. II, pag. 295.

[4]) Plutarch. *περὶ κακοηθ. Ἡρ.* pag. 864, cap. 31.

[5]) Lucianus, Aëtion, I, 2, quamquam de coetu illo Olympico viri docti contrarias sententias protulerunt, quod cognosces, si inspexeris librum, qui inscribitur Thukydides, erklärt von J. Classen. Erster Band, Berlin 1862, Einleitung, pag. XV, sq.

[6]) Wendt. De oratione Herodoti. Progr. Gymn. Stettin 1856, pag. 20.

[7]) Cic. Brut. 7, 29. Cfr Cic. Brut. 17, 66; de Or. II, 22, 93; Or. 9, 30; Quintil. Inst. orat. X, 1, 73; Dionys. Halic. ad Cn. Pompejum, pagg. 776, 777.

[8]) Optime hac de re monuit Aug. Matthiaeus, Gr. Gr. § 631, *Die besten,* inquit,

fit, constructionum permutatio vitium l. soloecismus (σολοικισμός) potius quam anacoluthon dicatur [9]). Atque illud perspicuitatis studium vel maxime cernitur, quum scriptor, postquam in mediam sententiam primariam longiores partes secundarias interjecit, incepta structura relinquenda consequentem perpetuumque orationis tenorem abrumpere quam sententia ad justum finem perducenda aliquam obscuritatis culpam in se admittere maluit, quod quum fit, ea quae interposita sunt ad primariam sententiam concludendam saepe vim habent. Neque tamen in longioribus tantum verborum comprehensionibus fieri solet, ut primaria secundariis sint accommodata, sed ejusmodi quaedam attractio etiam ibi locum habere potest, ubi secundaria sententia brevior est, id quod quum ex aliis tum ex infinitivo parenthetica illa ὡς λέγουσι, ὡς πυνθάνομαι, similia subsequente satis apparet [1]). — Jam porro, ut quae esset anacoluthorum vis atque ratio melius illustraretur, haud alienum mihi visum est, quid inter anacolutha et alias nonnullas figuras interesset, in medium proferre. Prima autem ellipsis cum anacolutho instituatur comparatio. Ellipsis (Ἔλλειψις) igitur tum exsistere dicitur, quum unum vocabulum vel plura, quae neque ex antecedentibus neque ex consequentibus repeti possunt, omittuntur, quamvis ad ipsam sententiam perfecte exprimendam necessaria nobis videantur. Cujus figurae exemplo sit omissum verbum copulans, quod

---

griechischen Schriftsteller verlassen sehr oft die logisch-richtige oder auch die sonst durch den Sprachgebrauch eingeführte Ordnung oder Beziehung der Wörter eines Satzes, um dadurch entweder den Nachdruck, der auf einem oder mehreren Wörtern liegt, zu heben, oder die Deutlichkeit zu befördern, oder auch ihrer Rede die ungezwungene Leichtigkeit des Gesprächtones und dadurch die Farbe der Anmuth zu geben. Die klassischen Attischen Schriftsteller thun dieses nie ohne eine dieser Rücksichten; die spätern Redekünstler dagegen suchen darin eine Eleganz, die freilich eben dadurch verloren geht, dasz sie gesucht ist. et paullo infra: *Solche Abweichungen* (anacolutha dicit) *von der grammatisch- oder logisch-richtigen Construction gründen sich nicht auf ein Versehen, sondern auf die Absicht des Schriftstellers, und haben immer eine Veranlassung.*

[9]) De hoc vitio videre licet Apollonium Dyscolum, De Synt. I, cap. 2, ex editione Imm. Bekkeri, Berolini 1817, et incerti scriptoris opusculum de Soloecismo et Barbarismo, quod post Ammonii librum De differentia adfinium vocabulorum collocatum est in Valckenarii editione, Lipsiae 1822, et Quintil. Instit. orat. I, 5.

[1]) Hermannus autem in Vigerum, Ed. IV, Lipsiae 1834, pag. 893, attractionem ab anacolutho distinguit. *Attractioni,* inquit, *oppositum est anacoluthon. Nam quemadmodum attractionis est, referendo quid simul ad duas partes, unum efficere, ita anacoluthon versatur in uno eas in partes distrahendo, quarum neutra, si leges grammaticas spectas, cum altera cohaeret.*

est *εἶναι*, quo apud quemlibet scriptorem nihil fere est frequentius, Kr. Gr. Gr. I & II, 62, 1, et notio loci post praepositiones *εἰς* et *ἐν* suppressa, Kr. Gr. Gr. I, 43, 3, 6; II, 43, 3, 5. Her. I, 108, — *ἐς σεωυτοῦ* — I, 35, — *ἐν Κροίσου*. Sed anacoluthon et ellipsis ita inter se differunt, ut in illo ad ipsam rem et sensum nihil desideretur, quum constructio sola permutata sit, in hac partes quaedam ad sententiam explendam necessariae absint, ceterum eadem retineatur structura. — Ellipsi autem cognatissima est Breviloquentia (*Βραχυλογία*), quae et ipsa quum apud reliquos scriptores tum apud Herodotum latissime patet [2]). Hujus figurae ea est ratio, ut omittatur una vox vel plures, quae aut in antecedente oratione aut in sequente continentur. Jam ex iis dicendi generibus, quae huc referenda sunt, *Zeugma*, quod dicitur, separatim commemoretur, quo ex verbo aliquo antecedente verbum cognatum, quod novo alicui subjecto l. objecto conveniat, est repetendum. Exempla praebent IV, 106, *ἐσθῆτα—φορέουσι τῇ Σκυθικῇ ὁμοίην, γλῶσσαν δὲ ἰδίην*, quae scriptura codicum esse videtur. Reizius autem *ἔχουσι* post *ἰδίην* primus addidit; neque vero hoc opus est, si quidem illud ipsum *ἔχουσι* ex antecedente *φορέουσι* repeti potest, de qua re cfr. Kuehn. Gr. Gr. § 853. — III, 135, *Ταῦτα εἶπε καὶ ἅμα ἔπος τε καὶ ἔργον ἐποίεε*, ubi ad *ἔπος τε* intelligendum est *εἶπε*, quod in sequente *ἐποίεε* latet. Breviloquentia est etiam VIII, 80, *ἴσθι γὰρ ἐξ ἐμέο τὰ ποιεύμενα ὑπὸ Μήδων*, quem locum sic perficiendum esse censuit Abichtius *ἴσθι γὰρ ἐξ ἐμέο ποιεύμενα τὰ ποιεύμενα ὑπὸ Μήδων*, quamquam Kruegerus, cui haec ratio durior videtur, conjicit *τάδε* pro *τά*. Ad hoc genus pertinent tales quoque loci, qualis est VIII, 62, *Σὺ εἰ μενέεις αὐτοῦ καὶ μένων ἔσεαι ἀνὴρ ἀγαθός· εἰ δὲ μή, ἀνατρέψεις τὴν Ἑλλάδα*, si Kruegero post priorem condicionalem enunciationem verbum antecedens repetenti assentimur, Kr. Gr. Gr. I, 54, 12, 12; II, 54, 12, 7. Sin autem ratio Kuehneri *καλῶς ἔχει* intelligentis, Gr. Gr. § 823, 3, c, magis placet, ellipsis h. l. statuenda est. Aliter comparata est breviloquentia horum locorum I, 18, — *παραδεξάμενος* — — — *παρὰ τοῦ πατρὸς τὸν πόλεμον προσεῖχε*

---

[2]) *Est — — — ellipsis omissio vocabuli, quod etsi non dictum, tamen cogitatur — — —. Atque — ante omnia cavendum, ne confundatur ellipsis cum duobus aliis loquendi modis, quorum in altero id omittitur, quod e praecedentibus vel sequentibus verbis intelligendum est, ut in hoc, ὡς πράσσεις κακῶς, ὅσονπερ εὖ ποτέ: in quo quod ex verbo πράσσεις intelligitur ἔπρασσες, propterea non est per ellipsin omissum, quia non est prorsus omissum, sed dictum, licet latenter.* Hermannus in Vigerum, pag. 867.

ἐντεταμένως, ubi ex antecedentibus intelligendum est *τῷ πολέμῳ*, et III, 61, — *κήρυκας τῇ τε ἄλλῃ διέπεμπε καὶ δὴ καὶ ἐς Αἴγυπτον προερέοντα* —, ubi *κήρυκα ἔπεμπε*. Quae de anacoluthi et ellipsis differentia supra disputata sunt, ea de anacoluthis et breviloquentiis dici possunt. — Ellipsi et breviloquentiae contrarius est PLEONASMUS (*Πλεονασμός*), quo vocabula ita usurpata sunt, ut supervacanea esse nobis quidem videantur, quum eorum notiones aliis vocibus expressae sint. Attamen de hac verborum consuetudine apud Herodotum frequentissima quo modo sit judicandum, a Kuehnero, Gr. Gr. § 858, 1, ipse discas [3]. Quod si exempla quaeris, habes I, 2, — *ἄρξαι πρῶτον* — VI, 119, — *ἀρξάντων ἀδικίης προτέρων τῶν Ἐρετριέων* — VIII, 4, — *αὐτοῖσι παρὰ δόξαν τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἀπέβαινε ἢ ὡς αὐτοὶ κατεδόκεον*, — II, 155, — *ἀναπλώοντι ἀπὸ θαλάσσης ἄνω*. III, 16 — *ἐκφέρειν ἔξω*. Quo accedat magna illa locorum copia, ubi est epanalepsis. A pleonasmo anacoluthon facillime distinguemus, si consideraverimus, neque in pleonasmo ullam esse structurarum permutationem, neque in anacolutho ipso per se quidquam esse, quod vere abundare dici possit. Fieri autem potest, ut non modo anacoluthi sed etiam pleonasmi sicut alius cujusvis figurae particeps sit aliquis locus. — Jam porro ad ORATIONEM VARIATAM, quam dicunt, veniamus. Quae figura sic comparata est, ut orationis membrorum, quae quasi in aequo gradu posita sunt, aliud aliter construatur, ita tamen ut nulla structura imperfecta relinquatur. Ad quod genus referendi sunt loci, ubi post absolutam perfectamque sententiam, quae per obliquam orationem effertur, altera sententia sequitur recta oratione expressa. Atque inter ejus orationum vicissitudinis exempla, quae ex libris Herodoti haud pauca afferri possunt, haec sufficiant: V, 87, — *Ἀργεῖοι μὲν λέγουσι* — — — *τὸν ἕνα τοῦτον περιγενέσθαι, Ἀθηναῖοι δὲ* — —· *περιγενέσθαι μέντοι οὐδὲ τοῦτον τὸν ἕνα, ἀλλ' ἀπολέσθαι τρόπῳ τοιῷδε· κομισθεὶς γὰρ ἐς τὰς Ἀθήνας ἀπήγγειλε τὸ πάθος*, in iis autem, quae proxime sequuntur, oratio obliqua recurrit. Consimile est I, 24, ubi in mediam orationem obliquam interjecta sunt *ἀείσας δὲ ὑπεδέκετο ἑωυτὸν κατεργάσεσθαι*. Contrarium quoque accidit, ut rectam orationem subsequatur obliqua, I, 59, *Χίλων* — — *συνεβούλευε Ἱπποκράτεϊ* — — — *οὐκ ὦν ταῦτα παραινέσαντος Χίλωνος πείθεσθαι ἐθέλειν τὸν Ἱπποκράτεα*, — — — I, 86, init. Sunt tamen, qui

---

[3]) *Pleonasmus (est) adiectio vocabuli, quod etsi additum, tamen non cogitatur.* Hermannus in Vigerum, pag. 867.

ejusmodi locos perperam, ut mihi quidem videtur, in anacoluthorum numero reposuerint ut Matthiaeus, Gr. Gr. § 632, 4, fin. et Wendtius, de orat. Herod. pagg. 21, 24. Ex reliquis locis, ubi oratio variata occurrit, hos inspicias: V, 15, — *πυθόμενοι συναλίσθαι τοὺς Παίονας καὶ* — — *ἐσβολὴν φυλάσσοντας*, ubi verbum *πυθόμενοι* duplicem habet structuram infinitivi et participii, I, 53, — *ἐνετέλλετο ὁ Κροῖσος ἐπειρωτᾶν τὰ χρηστήρια, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας Κροῖσος καὶ εἴ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προσθέοιτο φίλον*, quae modorum permutatio paullo infra in eodem capite est, III, 75, — *ἔλεγε, τὸν μὲν Κύρου Σμέρδιν ὡς αὐτὸς* — — *ἀποκτείνειε, τοὺς μάγους δὲ βασιλεύειν*, quocum cfr. III, 87 et IV, 137, — *λέγοντος, ὡς νῦν μὲν διὰ Δαρεῖον ἕκαστος αὐτῶν τυραννεύει πόλιος, τῆς Δαρείου δὲ δυνάμιος καταιρεθείσης οὔτε αὐτὸς Μιλησίων οἷός τε ἔσεσθαι ἄρχειν οὔτε ἄλλον οὐδένα οὐδαμῶν.* Qui quidem loci ad anacolutha referri ideo non possunt, quia anacoluthorum proprium est, ut antequam una constructio perfecta est, ad alteram transeatur.

Jam quoniam, quantum potuimus, vim et naturam anacoluthorum expressimus, ex ordine sequitur, ut qua ratione maxima illa anacoluthorum Herodoteorum multitudo in genera sua sit digerenda, ad liquidum perducamus, quae quaestio eo gravior est, quod anacoluthorum descriptio a grammaticis potius leviter et universe significata quam in singulas partes translata videtur; est enim infinita anacoluthorum varietas nondum in classes et familias suas redacta [4]). Ii autem, qui hanc rem attigerunt, non omnes inter se consentiunt. Kuehnerus quidem, Gr. Gr. §§ 859, 860, tria anacoluthorum genera distinguit, grammaticorum, rhetoricorum, eorum, quae ex sola scriptoris negligentia orta sunt. Rostius autem, Gr. Gr. § 137, anacolutha aut grammatica esse aut rhetorica docet. Ceterum ad hoc genus structurae relatae sunt, in quibus anacoluthon agnoscere ea, quae supra disputata sunt, nos vetent. Ex negligentia vero caussas anacoluthorum quaerere, ut scriptor per imprudentiam aliquam contra rectam sermonis consuetudinem peccasse putetur, mihi non placet, quia anacoluthis judicio deditaque opera semper ab ipso scriptore subjectam esse aliquam caussam in superioribus statui. Quae quamquam mea est sententia, tamen mihi non satis probatur distinctio illa anacoluthorum grammaticorum et rhetoricorum, quae singulorum anacoluthorum caussis vel originibus nititur, si quidem, quod ipsae appellationes significare vi-

---

[4]) G. Bernhardy. Paralipomena Syntaxis Graecae. Halis 1862, pag. 15.

dentur, grammatica anacolutha a grammatica ratione, rhetorica autem ab arte rhetorica profecta esse statuunt. Neque vero nego esse quaedam anacolutha, quae grammatica dici possint, et alia, quae rhetorica; attamen haud paucos esse locos crediderim, quorum anacolutha utrum ex hac an illa caussa nata sint, difficillimum sit dijudicare. Qui autem postulat, ut ii, qui legunt, animum scribentis tam perspectum habeant, ut qua caussa ductus anacolutho usus sit, quolibet loco decernere possint, is sane ea poscere videtur, quae mortalium facultatibus sint superiora. Quae quum ita sint, alia describendi ratio quaerenda est. Ut vero admodum vaga est et incerta ea, quae ex singulorum anacoluthorum caussis repetitur, descriptio, ita, si quis ipsas orationis formas respiciens, quales vere esse reperiuntur, genera anacoluthorum constituenda susceperit, stabilem, opinor, atque certam describendi normam habebit. Quam quidem rationem quum ego secuturus sim, tamen nihil impediet, quo minus, quantum quid assequi fas erit, de caussis quoque disputare coner, quae scriptorem ad hoc vel illud anacoluthorum genus usurpandum adduxerint.

Occurrunt autem apud Graecos scriptores quaedam constructiones, quae, quamvis ipsae per se ad anacolutha recte referantur, tamen in Graeco sermone tam late patent, ut potius cum communi sermonis consuetudine conspirantes quam abnormes habendae videantur. Cujusmodi, saltem si Atticae dialecti rationem habueris, sunt loci, ad quos spectat praeceptum illud Kruegerianum Gr. Gr, I & II, 60, 6, Perraro enim fit, ut in posteriore quoque enunciatione pronomen relativum ponatur ut III, 40, *φροντίσας τὸ ἂν εὕρῃς ἐόν τοι πλείστου ἄξιον, καὶ ἐπ᾽ ᾧ σὺ ἀπολομένῳ μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀλγήσεις, τοῦτο ἀπόβαλε* —, de quo cfr. Kr. Gr. Gr. I, 60, 6, 4. Quare ejusmodi constructiones in ipsa commentatione nisi in praetereundo attingere nolo; reliqua autem anacolutha qua via et ratione essem descripturus, jam supra ostendi, sed antequam ad ea proponenda me confero, restat, ut doceam, ex quibus fontibus hauserim.

Editiones adii has:

Herodoti Musae sive Historiarum libri IX. rec. — — ill. Iohannes Schweighaeuser. Argentorati et Parisiis 1816.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΜΟΥΣΑΙ. Historia i nio böcker af Herodotos från Halikarnassos. Med inledning och anmärkningar af Johan Fredrik Johansson. Örebro 1850—1852.

Herodotos. Erklärt von B. H. Lhardy. Tomm. I, II. Leipzig 1850, 1852.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΗΣ ΑΠΟΔΕΞΙΣ. Mit erklärenden Anmerkungen von K. W. Krüger. Berlin 1855, 1856.

Herodotos erklärt von Heinrich Stein. Berlin 1856—1862.

Herodotos. Für den Schulgebrauch erklärt von Dr. K. Abicht. Leipzig 1861—1866.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΜΟΥΣΑΙ, Herodoti Historiarum libri IX. curavit Henr. Rudolph. Dietsch. Lipsiae 1866.

Ad quas accedit Herodoti Historiarum libri IX. Recensuit et adnotationibus — — instruxit Carolus Augustus Steger. Gissae 1827—1829, cujus editionis adeundae mihi libellum meum typographo mandaturo locus datus est.

Si qua aliorum editorum mentio facta est, iis, quos enumeravi, usus sum auctoribus.

Inter grammaticos consului

C. G. Kruegerum. Griechische Sprachlehre für Schulen. Berlin 1861, 1862, 1862, 1859, 1865.

I. N. Madvigium. Græsk Ordføiningslære, især for den attiske Sprogform. Kjøbenhavn 1857.

V. C. F. Rostium. Griechische Grammatik. Göttingen 1856.

R. Kuehnerum. Ausführliche Grammatik der Griechischen Sprache — — —. Hannover 1834, 1835.

A. Matthiaeum. Ausführliche Griechische Grammatik. Leipzig 1835.

G. Bernhardyum. Wissenschaftliche Syntax der Griechischen Sprache. Berlin 1829.

F. Thierschium. Griechische Grammatik vorzüglich des Homerischen Dialektes. Leipzig 1826.

Reliqui autem fontes suo quisque loco allati sunt.

In ipsis locis laudandis Dietschianam editionem secutus sum; quod si ab ea decessi, id separatim notatum est.

Brevitatis caussa his notis usus sum:

Ab. = Abichtius; B. = Bernhardyus; D. = Dietschius; Joh. = Johanssonius; Kr. = Kruegerus; Ku. = Kuehnerus; Lh. = Lhardyus; Madv. = Madvigius; Matth. = Matthiaeus; R. = Rostius; Schw. = Schweighaeuserus; Sg. = Stegerus; St. = Steinius; Th. = Thierschius.

Anacoluthorum ea prima se offerunt, quae casibus solutis effecta sunt, quam ob rem ab anacoluthis nominativi casus initium nobis est faciendum.

Nomen igitur nominativi casus in fronte comprehensionis positum in sequentibus nihil habet, cui respondeat; sequitur autem perfecta enunciatio, quo fit, ut ille nominativus a reliquis separatus quasi inscriptionem indicet vel id, quod sequenti orationi propositum est. Nominativus epigraphicus. Kr. 1, 45, 2, 1.

Cujus structurae quoniam apud Herodotum unum tantum exemplum occurrit, haud alienum mihi visum est nonnulla afferre, quae aliunde petita essent, ut, quae esset hujus nominativi ratio, melius intelligeretur: *αἱ μὲν οὖν αἰτίαι, δι' ἃς μετέλαβον τὴν πολιτείαν τὴν ὑπό τινων ψεγομένην ἀντὶ τῆς ὑπὸ πάντων ἐπαινουμένης, διὰ μακροτέρων μὲν αὐτὰς διῆλθον, αὗται δ' οὖν ἦσαν.* Isocr. Panathen. p. 257. Ed. Dobson; Plat. Crat. 403, A; 404, C; Xenoph. Hiero 4, 6 [1]).

Quem nominativum Stallbaumius absolutum dicit in indic. Crat., pag. 242. Sed ea appellatio, qua casus absoluti dicuntur, et ipsa per se inepta atque vaga est et hoc saltem loco eo minus usurpanda erat, quod fieri facile potest, ut quis ea impellatur ad credendum, nominativum in ejusmodi locis a praeceptis Graecae grammaticae communibus non recedere. Quamquam Stallb. ipse aliis locis, ut in Crat. 420, D, praeeunte Heindorfio, in Plat. Crat. 403, A, nomen usurpat, accusativi dico soluti, quo quis vix decipiatur. Kr. quoque, quum l. l. dicit, nominativum hic absolute positum esse, verbis potius quam re peccare videtur. Sic fere Matth. § 311. Diligentius hac de re disputat Ku. § 508. 1, qui hunc nominativi usum ad anacolutha referens, quae rhetorica appellare solent,

[1]) Cfr. inter Latinos Horatium: *altera nil obstat; — — —* Sat. I, 2, 101, de quo loco adeas F. Ritterum.

docet, id vocabulum, quod maximam vim habeat, non modo primum comprehensionis locum obtinere sed etiam ipsa forma toti comprehensioni subjectum designari. Vellem vir doctissimus omisisset quae sequuntur: quamquam grammatica verborum structura casum obliquum pro nominativo flagitat. Neque enim legitima constructio restituitur nominativo tantum in casum obliquum mutato, et sequens enunciatio perfectam habet structuram. De hoc nominativi usu B. pagg. 68—70 recte disseruisse videtur. Cfr. R. § 137, 4, a, *α,* fin. Huc pertinet:

VIII, 176, *Τοῦτο μὲν, τὸ Ἀρτεμίσιον, ἐκ τοῦ πελάγεος τοῦ Θρηΐκίου ἐξ εὐρέος συνάγεται ἐς στεινὸν ἐόντα τὸν πόρον* — — — — —· *ἐκ δὲ τοῦ στεινοῦ τῆς Εὐβοίης ἤδη τὸ Ἀρτεμίσιον δέκεται αἰγιαλὸς,* — —. Hic enim apparet, ab Herodoto descriptum iri loca; quorum supra facta est mentio, Thermopylas, semitam Trachiniam, Artemisium, id quod exspectaverit quis vel ex iis, quae supra sunt, *οἵ τε χῶροι οὕτω ἔχουσι.* Atque per nominativum *τὸ Ἀρτεμίσιον* ab omni cum sequentibus conjunctione separatum scriptor significat, se ab Artemisio descriptionis initium facturum esse. St. *τὸ Ἀ.* uncis circumscripsit, neque ostendit, cur ita egerit. Joh. autem comma post *Ἀ.* tollens *τὸ Ἀ.* verbo *συνάγεται* subjicit. Idem facit Schw., qui hunc locum ita interpretatur: *Artemisium ex aperto mari Thracico in angustum fretum coarctatur* — — —, quod falsum esse, res ipsa declarat. Nam aut illud *συνάγεται* impersonaliter, ut dicunt, est accipiendum, aut, ut St. voluit, subjectum ex *πελάγεος* l. *πόρον,* vocibus vicinis repetendum [2]).

Jam a nominativo illo epigraphico facilis est transitus ad locos, ubi *Nominativus participii aut solus aut nomine adjuncto in initio enunciationis collocatur, quamquam sequens constructio alium casum poscit.* Kr. I, 45, 2, 2; II, 45, 1, 1.

Haec anacolutha ita orta sunt, ut scriptor in iis, quae sequuntur, locutionem, quae subjecto ante instituto conveniebat, cum alia sed idem declarante commutaverit, quae a praemisso et logico subjecto abhorrebat. Est igitur haec ab usitatiore scribendi ratione declinatio constructio quaedam ad sensum. Kr. I, 56, 9,

[2]) I, 155, *τὰ δὲ νῦν παρεόντα* — — — — *δίκην.* Kr. suspicatur, hunc locum huc referri *posse.* Sed altera ejus sententia rectior videtur, *τὰ παρεόντα* esse accusativum ex verbo consequente *ἀδικέων* pendentem. Quod si res ita se habet, alius generis est hujus loci anacoluthon, de quo infra disputatio a nobis instituetur.

4; R. § 130, 1, adnn. 1, 2; Ku, § 677: (nam huc quoque pertinet illud Kuehneri praeceptum. Cfr. exempla). Matth. § 562, 1; Th. § 276, 3 [3]).

Hic quoque nominativus, ut Lh., in II, 9, animadvertit, a nonnullis absolutus dictus est. In quos refero Schweighaeuserum, in II, 66, et Abichtium, in IV, 50. Ipse Lh. appellatione utitur nominativi soluti. Ne genetivus ille, Kr. I, 47, 4, et accusativus, Kr. I, 56, 9, 5—7 & 10, quidem sunt vere absoluti, ita ut nullo, cum iis, quae in reliqua enunciatione praedicantur, commercio teneantur aut ex iis pendeant. Neque enim si dicimus *διέστησαν νυκτὸς ἐπελθούσης*, I, 76, l. *καὶ δή σφι — ἔδοξε —, δόξαν δέ —,* VI, 77, haec magis sunt vere absoluta quam *νυκτός,* Kr. I, 47, 2, l. *ταύτην τὴν ἡμέραν,* Kr. I, 46, 3. Sed in eo differunt, quod hic nomen exprimit id, quod illic per nomen et participium quasi in unum conflata (*Dobbelt-Genitiv* et *Dobbelt-Accusativ,* Madv. §§ 181, 182) expressum est. Quae quidem participialis locutio nihil aliud est nisi dependens enunciatio, quae contracta est, nam *νυκτὸς ἐπελθούσης = ὡς νὺξ ἐπῆλθε, δόξαν = ὡς ἔδοξε.* Quamquam haec appellatio, quum de ejusmodi genetivis et accusativis agitur, utpote quae usu jam sit recepta, a nobis quoque servetur. Sed alia est nominativorum, qui infra occurrunt, ratio. Attamen nonnulli viri docti, in quibus B., pagg. 479, 480, esse videtur, tales nominativos cum genetivo, quem dicunt absolutum, contulerunt. Quam nominativi structuram aeque legitimam esse atque genetivi absoluti, Edw. Wentzelius in programmate gymn. [4]) ubi hanc rem copiosius tractavit, efficere studuit. Cujus argumentandi ratio ut

---

[3]) Neque apud Homerum loci desunt, ubi talis sit structura. Cfr. Il. V, 135; VI, 510, de quibus vid. Faesium Etiam apud Latinos consimilis invenitur structura: *ego tamen aestimans, novum fieri debere, videris mihi desiderio eorum indulgere posse.* Plin. min. l. X, epist. 34, Cfr. Geislerum, De Graecorum nominativis, quos vocant, absolutis. Diss. inaug. Vratislaviae 1845, pag. 30. Keilius tamen h. l., qui ex ejus editione inter Plini et Trajani epistolas in XXIII est, lacunam statuit. Huc referatur Verg. Aen. I, 237, *pollicitus, quae te, genitor, sententia vertit?* si anacoluthon ibi esse censeamus. — Ceterum ea, quae sequuntur, ab antecedentibus adeo discrepare possunt, ut cum iis conjungi non posse primo adspectu videantur,

μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος
μαντεῖα σεμνὰ Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας,
ἐν τῷδ' ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν.

Eur. Phoen. 283—285. Kirchhoff.

[4]) Ueber die sogenannte absolute Participialconstruction der griechischen Sprache. Glogau 1857.

cognoscatur, ex programmate illo haec afferre mihi lubet. Versatur, pag. 25, in demonstrando, illud *ἁλῆς — γενομένη πᾶσα ἡ Ἑλλάς*, VII, 157, tamquam subjectum ad sequentem enunciationem referendum esse. Interpretatur: *Denn wenn ganz Griechenland sich versammelt, so kommt eine grosze Kriegsschaar zusammen und — — —.* Pergit infra: *Der ganze Participialsatz tritt zu seinem Hauptsatze in das Verhältnisz des Subjects zum Prädicate; er ist nämlich das logische Subject eines hypothetischen Urtheils, dessen Prädicat der Nachsatz oder Hauptsatz ist.* Haec quamvis magnam prae se ferant subtilitatis speciem, tamen suo jure quispiam in dubium vocaverit, num in talibus comprehensionibus condicionalibus, qualem hoc loco contineri voluerit vir doctus, hypothesis per structuram participialem exprimi possit. Ceterum Wentzelius grammaticam et logicam confundens inter eos esse videtur, quos Kruegerus, vir sane doctus et prudens, in iis, quae syntaxi suae praemittit, Vorerinnerung 2, castigat. Mihi quidem placuit, ut in eorum sententia aquiescerem, qui anacolutha hic statuerunt.

Primum autem anacoluthi caussa ex eo petatur, quod forma verbi passiva in activam mutata est. I, 134, *Ἐντυγχάνοντες δ᾽ ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ὁδοῖσι, τῷδε ἄν τις διαγνοίη, εἰ ὁμοῖοί εἰσι οἱ συντυγχάνοντες.* Ab. scripsit *Συντυγχάνοντας* pro *Ἐντυγχάνοντες* et *οἱ συντυγχάνοντες* uncis inclusit. Sed obstat codicum auctoritas; nam quod, Tom. I, pag. 375, dixit, codicem Mediceum praebere *ἐντυγχάνοντας*, ipse, Tom. IV, pag. 198, correxit. Quare hic ad explicandum facilis locus Abichtio sane non erat mutandus, etiamsi verbi *ἐντυγχάνειν* significatio hic alia atque II, 102 et IV, 125 esse videretur. Benedictus quoque codices violavit legi jubens *Ἐντυγχάνοντας*, Act. Seminar. Philol. Lips. Vol. II, P. II, pag. 283, auct. Schw. Tom. V, pagg. 145, 146. Schw. et Joh. existimant, *ἐντυγχάνοντες* ad *εἰ ὁμοῖοί εἰσι* — commodissime referri, quam conjunctionem duram esse Kr. jure contendit. Illud *Ἐντυγχάνοντες ἀλλήλοισι*, quod in sequente *οἱ συντ.* recurrit, spectat ad *διαγινωσκοίατο* l. aliud simile.

Deinde verbum *βουλεύεσθαι* l. simile cum locutione illa *δοκεῖ μοι* commutatur, VII, 177, *ἅπαντα γὰρ προσκεψάμενοι καὶ ἐπιλογισθέντες, ὅτι — — ἵππῳ, ταύτῃ σφι ἔδοξε δέκεσθαι τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα.* Hic nominativi *προσκεψάμενοι* et *ἐπιλογισθέντες* ad verbum *ἐβουλεύσαντο* l. *ἐψηφίσαντο*, quod scripturus erat Herodotus, sunt referendi. Similiter explicetur VIII, 87, *καὶ ἣ οὐκ ἔχουσα διαφυγεῖν, ἔμπροσθε γὰρ — — — ἐοῦσα, ἔδοξέ οἱ τόδε ποιῆσαι.*

Tum *παρέχειν* l. simile subsequeretur scriptor initio voluit, novo tamen subjecto assumpto perfecta sequitur enunciatio, II, 9, *οὗτοι συντιθέμενοι στάδιοι Αἰγύπτου, τὸ μὲν παρὰ θάλασσαν ἤδη μοι καὶ πρότερον δεδήλωται ὅτι ἑξακοσίων τέ ἐστι σταδίων καὶ τρισχιλίων, ὅσον δέ τι ἀπὸ θαλάσσης ἐς μεσόγαιαν μέχρι Θηβέων ἐστὶ, σημανέω· στάδιοι γάρ εἰσι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ ἑξακισχίλιοι.* Schw. Florentino codice nisus legit *οἱ στάδιοι,* quem sequitur Sg. Cfr. tamen Kr. II, 50, 11, 3. St. comma non post *Αἰγύπτου* sed post *στάδιοι* ponens hunc nominativum sequentibus appositum quasi inscriptionem exprimere perverse contendit. Ab. autem post *Αἰγύπτου* colon posuit; qua levissima scripturae vulgatae permutatione anacoluthon nostrum evanescit; intelligitur enim, verbum substantivum *εἰσί* et *οὗτοι στάδιοι* ad consequentia referuntur. Sed haud scio an vox *συντιθέμενοι* sic minus apta sit. Kr. — *(οἱ) στάδιοι Αἰγύπτου τὸ μὲν* — scribens, statuit, genetivum *Αἰγύπτου* ex *τὸ παρὰ θ.* pendere. Conjicit Herodoto in animo fuisse haec dicere: *diese Stadien ergeben für den Küstenstrich.* Sed quoniam orae maritimae spatium jam ante, cap. 6, indicatum est, non puto, scriptorem h. l. hanc potissimum sententiam exprimere voluisse. Potius existimo, illa *τὸ μὲν π. θ.* — *τρισχιλίων* contra consilium initio initum adjecta anacoluthi caussam fuisse. Melius fortasse comma ponitur ante *Αἰγύπτου* quam post et, ni fallor, scripturus erat Herodotus haec fere: illa stadia, (et ea 1,500, quae inter mare et Heliopolin sunt, cap. 7, et ea 4,860, quae inter Heliopolin et Thebas, cap. 9,) si inter se componuntur, *efficiunt* — — —. Cfr. I, 32, *οὗτοι ἐόντες ἐνιαυτοὶ* — — — *γινομένου,* et VII, 184, fin. Attamen latitudinem Aegypti inferioris quasi in transeundo repetivit, quo anacoluthon ortum est; quam sententiam etiam Schweighaeuserus amplexus est, ut ex ejus interpretatione apparet. Jam objecerit quis, summam ex 1,500 et 4,860 minus accurate confectam esse. Confiteor. Sed nonne idem deprehenditur VIII, 48? Cfr. Abichtium, Tom. I, pag. 21. II, 66, *ταῦτα δὲ γινόμενα πένθεα μεγάλα τοὺς Αἰγυπτίους καταλαμβάνει.* Hic Herodotus exorsus est, quasi scribere voluisset: *τ. δ. γ. π. μ. τοῖσι Αἰγυπτίοισι παρέχει* l. *τίθεται.* Cfr. II, 46, fin. Haec interpretandi ratio a dictione Herodotea non abhorrere mihi videtur. Neque tamen eorum sententiam aspernor, qui, ut Kueh., § 670, b. exempl., Lh., Joh., Kr., II, 56, 9, 4, statuunt, hic esse accusativum absolutum. Haec dici possunt etiam de IV, 50, *ἀντιτιθέμενα δὲ ταῦτα ἀντισήκωσις γίνεται* — — —, ubi Lh. et

Kr. accusativum absolutum agnoverunt. VII, 157, *ἁλὴς μὲν γὰρ γενομένη πᾶσα ἡ Ἑλλὰς χεὶρ μεγάλη συνάγεται.* — Cum hoc loco Ab. recte contulit II, 66; nam Herodotus primum scripturus esse videtur: *ἁ. μ. γ. γ. π. ἡ. Ἑ. χεῖρα μεγάλην παρέχει* l. *χεὶρ μεγάλη γίνεται.* Cfr. VII, 236. Concedo tamen, hunc locum referri posse ad id, quod praecipit Kr. II, 56, 9, 2. Cfr. III, 95 [5]).

Ad quos locos denique accedat VI, 132, *αἰτήσας δὲ νέας — — — — Ἀθηναῖοι παρέδοσαν.* Sed ad h. l., quoniam duplex est ejus anacoluthon, infra revertemur. — Superiori anacoluthorum generi cognatum est hoc.

Nominativus participii et sine nomine et cum eo antecedentem subjecti nominativum respicit, pro quo casus aliquis obliquus aut positus est aut facile intelligitur. Kr. I, 45, 2, 3; II, 45, 1, 2.

Quae anacolutha sic orta sunt ut superiora locutionibus idem fere valentibus inter se permutatis. Kr. I, 56, 9, 4; R. § 130, 1, adnn. 1, 2; Ku. § 677 et 678, 1; Matth. § 562, 1 [6]). Falsa nominativi absoluti appellatio huic quoque anacoluthorum generi tributa quum apud alios invenitur tum apud Stallbaumium, in Plat. Crat. 395. Cfr. indicem p. 242.

Jam primum haec anacolutha ex eo orta sunt, quod scriptor a passiva, quam dicunt, constructione ad activam transiit. VIII, 74, — *πολλὰ ἐλέγετο περὶ τῶν αὐτῶν, οἱ μέν, ὡς ἐς τὴν Πελοπόννησον χρεὼν εἴη ἀποπλώειν —, Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Αἰγινῆται καὶ Μεγαρέες αὐτοῦ μένοντας ἀμύνασθαι.* Post *περὶ τῶν αὐτῶν*

---

[5]) Schw., Lexicon Herodoteum, Argentorati et Parisiis 1824, Tom. II, pag. 98, et Wannowskius, Syntaxis anomala Graecorum, Lipsiae 1835, pag. 57, erraverunt. Statuerunt enim *μεσοῦσα ἡ ἡμέρη*, III, 104, esse nominativum abs; est tamen verbi *καίει* subjectum; *meridies urit* = *medio die sol urit.* Lh.

[6]) Conferatur locus Homericus Il. II, 350—353, qui inter haec anacolutha et proxime sequentia quasi in medio positus est. Sed optimum exemplum, ex quo horum anacoluthorum indoles facillime intelligatur, apud Euripidem invenimus,

αἰσχύνομαί σε προσβλέπειν ἐναντίον,
Πολυμῆστορ, ἐν τοιοῖσδε κειμένη κακοῖς.
ὅτῳ γὰρ ὤφθην εὐτυχοῦσ᾽, αἰδώς μ᾽ ἔχει
ἐν τῷδε πότμῳ τυγχάνουσ᾽, ἵν᾽ εἰμὶ νῦν,

Eur. Hec. 968—971. Pflugk.

Apparet enim, Euripidem *τυγχάνουσα* scribentem non de *αἰδώς μ᾽ ἔχει* sed de *αἰσχύνομαι* cogitasse; id quod intellectu eo facilius est, quod hoc ipso vocabulo paullo supra usus est.

interpungunt Schw. et Sg., colon ponit Joh. *οἱ μέν* et *Ἀθηναῖοι καὶ Α. κ. Μ.*, ad quae intelligendum est participium *λέγοντες*, respiciunt *πολλὰ ἔλεγον* [7]).

Deinde ex locutionis *δοκεῖ μοι* et verbi *ψηφίζομαι, βουλεύομαι* l. locutionis *ἐν νόμῳ ἐστί τινι* et *νομίζει τις* l. similium permutatione nata sunt. III, 16 *τὸ ὦν κατακαίειν τοὺς νεκροὺς οὐδαμῶς ἐν νόμῳ οὐδετέροισί ἐστι, Πέρσῃσι μὲν δι᾽ ὅπερ εἴρηται, θεῷ οὐ δίκαιον εἶναι λέγοντες νέμειν νεκρὸν ἀνθρώπου.* Positum est *λέγοντες*, quasi *Πέρσαι μὲν οὐ νομίζουσι* antecessisset. III, 127, *ἐκ μὲν δὴ τῆς ἰθέης στρατὸν ἐπ᾽ αὐτὸν οὐκ ἐδόκεε πέμπειν ἅτε οἱ οἰδεόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων, καὶ νεωστὶ ἔχων τὴν ἀρχὴν, καὶ — πυνθανόμενος —.* Hic *ἔχων* et *πυνθανόμενος* respiciunt *ἐβουλεύετο.* IV, 132, *Δαρείου μέν νυν ἡ γνώμη ἦν — — — —, εἰκάζων τῇδε. Δ. ἡ. γ. ἦ.* eandem vim habet atque *Δαρεῖος ἔγνω.* Hoc de loco miram sane sententiam protulit B. pag. 479. VIII, 49, *αἱ γνῶμαι δὲ τῶν λεγόντων αἱ πλεῖσται συνεξέπιπτον — — ναυμαχέειν — ἐπιλέγοντες —*, quasi ante scriptum esset *οἱ δὲ λέγοντες οἱ πλεῖστοι ἔγνωσαν.* — Huic exemplorum seriei adjiciatur II, 133, *ταῦτα δὲ ἐμηχανᾶτο ἐθέλων τὸ μαντήϊον ψευδόμενον ἀποδέξαι, ἵνα οἱ δυώδεκα ἔτεα ἀντὶ ἓξ ἐτέων γένηται, αἱ νύκτες ἡμέραι ποιεύμεναι.* Matth., § 562, 1, docet, h. l. esse appositionem, quam dicunt, sed eam, qua *αἱ νύκτες ἡ. π.* antecedenti *δυώδεκα ἔτεα* apponatur. Neque tamen, licet unum idemque re vera esset illorum et horum annorum spatium, duodecim illi anni fuerunt sed sex, quorum noctes factae sunt dies. Quare his verbis ad *ἓξ ἐτέων* relatis anacoluthon est statuendum. Quod autem R., § 131, 6, de hoc loco praecipet quid sibi velit, non assequor. *Die Worte*, inquit, *αἱ νύκτ. ἡμ. ποι. bilden das Subjekt, δυώδ. ἔτη das Prädikat zu γένηται,*

---

[7]) *I, 33, ταῦτα λέγων τῷ Κροίσῳ οὔ κως οὔτε ἐχαρίζετο, οὔτε λόγου μιν ποιησάμενος οὐδενὸς ἀποπέμπεται, κάρτα δόξας ἀμαθέα εἶναι.* Sic legit St. Ex reliquis editoribus, quos adii, alii aliter hunc locum constituerunt. Atque Schw., Joh., D., Ab. locum ite permutaverunt, ut anacoluthon tolleretur, illi quidem sed violenter. Ex variis scripturis in una tantum, quam Sg., Lh., Kr. receperunt, *ἀμαθής* pro *ἀμαθέα*, h. l. est commorandum. Lh. dicit, *ἀποπέμπεται* passive esse accipiendum, quo fit, ut illud *δόξας ἀμαθής* nihil habeat, quod a vulgari structura abhorreat. Sed ex mea quidem sententia verba *λόγου μιν ποιησάμενος — ἀποπέμπεται* Croeso magis conveniunt quam Soloni, itaque haec verba a Kruegero sunt accepta. Neque illud *ἀμαθής*, quod etiam Valla habet, explicatu erit difficile, si ab mediali verbi *ἀποπέμπεται* significatione ad passivam transitum statuerimus. Quare nostrum locum, ad quem infra reveniam, huc retulissem, nisi St. auctor fuisset, illud *ἀμαθέα* in omnibus codicibus Sancroftiano excepto legi.

welches rücksichtlich des Numerus sich nach dem Prädikate gerichtet hat. Miror etiam, Johanssonium, Lhardyum, Steinium, Abichtium in interpretando vestigiis Matthiaei institisse. Recte autem Geislerus, pag. 25, vidit, nominativos *αἱ νύκτ. ἡμ. ποι.* ita ad sensum constructos esse, ut *ἵνα — — — γένηται* verba substituta sint pro his: *ἵνα οἱ τὰ ἓξ ἔτεα γένηται δυώδεκα.* Ita locus noster ad similitudinem redigitur locorum aliorum III, 82; I, 7; II, 41, qui a Kruegero, II, 56, 9, 2, afferuntur.

Tum ab participialis structurae et enunciationis relativae permutatione profecta sunt. I, 51, — *τῶν τῷ χρυσέῳ ἐπιγέγραπται Λακεδαιμονίων φαμένων εἶναι ἀνάθημα, οὐκ ὀρθῶς λέγοντες.* Kr. *σφῶν φαμένων* exspectabat, et Ab. *σφέων* post *φαμένων* in contextum recepit. Rectius tamen St. vocem *Λακεδαιμονίων* et ad *φαμένων* et ad *εἶναι* intelligit. — Sed vocabulum *λέγοντες* anacoluthon efficit, respicit enim *οἵ φασι,* qua de re cfr. Geislerum, pag. 33, et Kr. II, 56, 9, 3.

Postremo afferatur I, 27, *νησιώτας δὲ τί δοκέεις εὔχεσθαι ἄλλο ἤ, ἐπεί τε τάχιστα ἐπύθοντό σε μέλλοντα ἐπὶ σφίσι ναυπηγέεσθαι νέας, λαβεῖν ἀρώμενοι Λυδοὺς ἐν θαλάσσῃ.* Viri docti inter se discrepant vocabulum post *λαβεῖν* sequens constituentes, *ἀειράμενοι* enim legunt Schw., Sg., Geislerus, pag. 30, Wannowskius, pag. 19; *fortasse,* inquit Wannowskius l. l., *ob evitandam ambiguitatem deflexit auctor a legitimo verborum regimine.* Joh. Toupium *αἰωρευμένους* scribentem sequitur. Lh., Kr., D., Wendtius, pag. 22, *ἀρώμενοι* scripserunt, St. et Ab. *ἀρεόμενοι.* Jam quum Wesselingius et Schw. auctores sint, ex codicibus plerosque praebere *ἀρώμενοι,* nonnullos *ἀρᾶσθαι,* vel propter hanc rem illud *ἀρώμενοι* praeferatur, quod quo modo sit explicandum, videamus. Lh. putat, aut pro incepta accusativi et infinitivi constructione scriptori obversatum esse hoc initium *ὅτι νησιῶται εὔχονται ἄλλο,* aut ab eo illud *ἀρώμενοι* in similitudinem subjecti verbi *ἐπύθοντο* conformatum esse. Atque illa explicatio rejicienda videtur, quia verbum *δοκέω,* qua est significatione, cum *ὅτι* conjungi vix potest, Kr. I, 65, 1, 4, haec autem, quae Steinio quoque et Wendtio l. l. probatur, verior videtur illa quidem, sed distat ab I, 5, *αἰδεομένη,* quod Ab. attulit. Mihi quidem Herodotus comprehensionem confecisse videtur, quasi ante scripsisset *νησιῶται δὲ τί δοκέουσι εὐχ.* — —, et sic locum explicandum censuit Geislerus l. l.

Ab hoc nominativi participii usu abnormi ad locos veniamus, ubi *Nomina-*

tivus ante Infinitivum locum subjecti obtinet, quamquam grammatica ratio accusativum poscit [8]).

Quae abnormis constructio duplicis est generis; atque ad unum genus loci referuntur, quorum ea est ratio, ut scriptor, qui auctore quodam verba alicujus initio protulerit, oratione procedente auctorem relinquens ea, quae dicuntur, ad eum ipsum proxime referat, de quo agitur. Huc pertinent hi loci, in quibus nominativus pronominis *αὐτός* anacoluthon efficit: I, 2, *τοὺς δὲ ὑποκρίνασθαι, ὡς οὐδὲ ἐκεῖνοι Ἰοῦς τῆς Ἀργείης ἔδοσάν σφι δίκας τῆς ἁρπαγῆς· οὐδὲ ὦν αὐτοὶ δώσειν ἐκείνοισι.* Extremam enunciationem, quae ex *τοὺς δὲ ὑποκρ.* pendere debebat, scriptor formavit, quasi antecederet *οἱ δὲ ὑπεκρίναντο.* Qua constructionis permutatione contrarium, quod inter *ἐκεῖνοι* et *αὐτός* intercedit, evidentius exprimitur. II, 118, *τοὺς δὲ Τευκροὺς τὸν αὐτὸν λόγον λέγειν τότε καὶ μετέπειτεν — — — μὴ μὲν ἔχειν Ἑλένην μηδὲ τὰ ἐπικαλεύμενα χρήματα, ἀλλ' εἶναι αὐτὰ πάντα ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ οὐκ ἂν δικαίως αὐτοὶ δίκας ὑπέχειν τῶν Πρωτεὺς ὁ Αἰγύπτιος βασιλεὺς ἔχει.* Hic illud *αὐτοὶ δίκας ὑπέχειν* respicit *οἱ δὲ Τευκροὶ ἔλεγον.* Ita inter se clarius opponuntur *αὐτοί* et *Πρωτεύς.* Neque in iis, quae proxime sequuntur usque ad cap. 119, sacerdotum Aegyptiorum ulla ratio habetur. Herodotus tamen his ipsis utitur auctoribus. Cfr. capp. 118, 120, initt. II, 141, — *ὀλοφυρόμενον δ' ἄρα μιν ἐπελθεῖν ὕπνον, καί οἱ δόξαι ἐν τῇ ὄψι ἐπιστάντα τὸν θεὸν θαρσύνειν, ὡς οὐδὲν πείσεται ἄχαρι ἀντιάζων τὸν Ἀραβίων στρατόν· αὐτὸς γάρ οἱ πέμψειν τιμωρούς. αὐτὸς πέμψειν* scripsit Herodotus, quasi antecederet *ὁ. δ. ἄ. μ. ἐπῆλθε ὕπνος καί οἱ ἔδοξε ἐ. τ. ὄ. ἐπιστὰς ὁ θεὸς θ.* — — —. II, 162, *τὸν δὲ αὐτῷ ὑποκρίνεσθαι, ὡς — — — Ἀπρίην· παρέσεσθαι γὰρ καὶ αὐτὸς καὶ ἄλλους ἄξειν.* Illud *παρέσεσθαι αὐτός* respicit *ὁ δὲ ὑπεκρίνετο.* IV, 15, *Μεταποντῖνοί φασι αὐτὸν Ἀριστέην — — — κελεῦσαι — — —· φάναι γάρ σφι τὸν Ἀπόλλωνα Ἰταλιωτέων μούνοισι δὴ ἀπικέσθαι ἐς τὴν χώρην, καὶ αὐτός οἱ ἕπεσθαι ὁ νῦν ἐὼν Ἀριστέης.* Illud *αὐτὸς ἕπεσθαι* non ad *φάναι* sed ad *ἔφη* nos revocat. Jam nominativo semel admisso nemini mirum videatur in proximis legi haec: *τότε δὲ, ὅτε εἵπετο τῷ θεῷ, εἶναι κόραξ.*

Alterum harum constructionum genus tum est, quum post verbum sequitur infinitivus cum duobus subjectis conjunctus, quorum utrumque in nominativi casu

---

[8]) Wendt. pag. 25; Ebhardt. De anacoluthorum usu in scriptis Graecorum. Pr. Gymn., Dillenburg 1860, pag. 6.

positum sit, sed unum tantum exprimat eundem hominem atque eum, cujus, ut ajunt, praedicatum est verbum regens. Quae constructio qualis sit sequente exemplo optime declaratur. I, 56, — *ὁ Κροῖσος πολλόν τι μάλιστα πάντων ἥσθη, ἐλπίζων ἡμίονον — — — Μήδων, οὐδ᾽ ὦν αὐτὸς οὐδὲ οἱ ἐξ αὐτοῦ παύσεσθαί κοτε τῆς ἀρχῆς.* Quem locum Kr. et St. ita explicant, ut doceant, illud *οἱ ἐξ αὐτοῦ* antecedenti *αὐτός* simile factum esse. Clarius et copiosius Ab. monet, hic Croesum ejusque posteros quasi unum esse a scriptore cogitari, ob eamque rem nominativum altero quoque loco occurrere. Jam cum hoc lenissimo anacolutho conferatur locus IV, 137, — *λέγοντος (Ἱστιαίου) — οὔτε αὐτὸς Μιλησίων οἷός τε ἔσεσθαι ἄρχειν οὔτε ἄλλον οὐδένα οὐδαμῶν,* ubi scriptor subjectorum disjunctionem efferens legitimam structuram retinuit.

Quos abnormes nominativos excipiant genetivi casus anacolutha, quorum apud Herodotum tria tantum inveni exempla. *Occurrunt enim verba intransitiva cum nominibus conjuncta, quorum casus ad substantiva dirigantur, quae in his verbis latent.* II, 35, *ἱρᾶται γυνὴ μὲν οὐδεμία οὔτε ἔρσενος θεοῦ οὔτε θηλέης, ἄνδρες δὲ πάντων τε καὶ πασέων,* ubi *ἱρᾶται* est *ἱρείη ἐστί;* Ab. latine reddidit *sacerdotio fungi.* II, 37, *ἱρᾶται δὲ οὐκ εἷς ἑκάστου τῶν θεῶν.* VII, 111, *Βησσοὶ δὲ τῶν Σατρέων εἰσὶ οἱ προφητεύοντες τοῦ ἱροῦ, —.* Hic cogitaverit quispiam de praecepto illo Kruegeriano I & II, 47, 10, 1, ut *οἱ πρ.* idem prorsus valeat atque *προφῆται;* sed quoniam neque Kr. ipse locum huc retulit et legitur apud Euripidem, Ion, 413, *ἀλλὰ τίς φροφητεύει θεοῦ* ad locum huic generi adscribendum magis inclinat animus [9]).

---

[9]) Locos, qui sequuntur, quamquam ad anacolutha me quidem judice non pertinent, tamen intactos relinquere nolui; video enim fuisse, qui hic quoque anacolutha statuerent. Cfr. hac de re Wannowskium, pag. 60; F. G. Hoffmanni Observata et monita quaedam de casibus absolutis apud veteres scriptores Graecos et Latinos ita positis, ut videantur non posse locum habere. Progr. Gymn. Budissae 1836, pag. 5; Franc. Richteri De praecipuis Graecae linguae anacoluthis specimen primum. Progr. Gymn. Heiligenstadt 1827, pagg. 29, sqq.; Steinium in IV, 36; Abichtium in I, 178.

Genetivus, quem dicunt absolutum, ibi quoque occurrit, ubi subjectum locutionis participialis in enunciatione primaria repetitur aut nominativo subjecti, qui in verbo saepe latet, aut casu obliquo.

Haec constructio apud Herodotum est frequentissima. Neque tamen apud illum solum occurrit sed etiam apud alios Graeci sermonis scriptores. Cfr. Popponis De historia Thucydidea commentationem. Lipsiae 1856, pag. 103. Etiam apud Latinos hic usus nonnumquam invenitur. Sunt enim loci, ubi ablativus abs. iisdem vicibus fungatur, quibus genetivus in

Jam porro *Dativus participii constructione, quae sequitur, repugnante usurpatur.* Ku. § 683.

Etiam hoc anacoluthorum genus ita explicandum est, ut permutationem locutionum idem significantium esse statuamus. Apud Herodotum duos tantum locos inveni, quos ad hoc genus jure retuleris: IV, 147, *προσσχόντι δὲ εἴτε δή οἱ ἡ χώρη ἤρεσε, εἴτε καὶ ἄλλως ἠθέλησε ποιῆσαι τοῦτο, καταλείπει γὰρ ἐν τῇ νήσῳ* —. Kr., cui Stegeri conjectura *ἄρ' ἐν* pro *γὰρ ἐν* non displicere videtur, docet, participium *προσσχόντι* vocabulo *οἱ* appositum esse, quum ad *κατα-*

---

exemplis Graecis, quae infra afferuntur, ut Cic. Phil. III, 14, 36; pr. Sest. 24, 54; Rosc. Am. 2, 6; de Or. II, 23, 94; Liv XXXVIII, 54; Caes. D. B. G. VII, 4; Quintil. Inst. orat. I, 3, 1. Atque de ratione Graecorum adi Kr. I, 47, 4, 2; II, 47, 4, 1; R. § 131, 2, adn. 2; Ku. § 681; Matth. § 561; B. pag. 474.

Propter vim et naturam, quam anacoluthis supra tribui, hunc genetivi absoluti usum ad anacolutha non referendum esse puto. Contra hujus structurae caussa in ipsa sententia posita esse mihi videtur. Scriptor enim genetivum hoc modo usurpans significat, participialem partem a primaria enunciationis parte mente esse distinguendam l. rem in ea contineri, in quam potissimum animi legentium convertendi sint. Cfr. Madvigium, § 181, adn. 6, et Abichtium in VII, 237. Optime hac de re disseruit Wentzelius: *Probe quidem,* inquit, *scio, grammaticos ad hanc constructionem expediendam — ad aliquod genus anacoluthi confugere, dicentes, scriptores antecedentem aut sequentem casum subjecti ultro neglexisse, sed haec constructionis variatio nititur libertate et subtilitate linguae Graecae, qua Graeci id, quo subjectum ad agendum provocatum est vel in statu quodam versatur, aut omnino tempus, in quod actio quaedam cadit, seu quo praeterlapso actio quaedam suscipitur, manifesto significarunt.* De genitivis et dativis linguae graecae, quos absolutos vocant. Dissert. inaug., Vratislaviae 1828, pag. 28. Quae constructio quum usurpatur, genetivus abs. saepissime ante partem enunciationis primariam sed etiam post ut I, 178; II, 134; IX, 58, ponitur. Ex tot locis huc pertinentibus haec tantum exempla afferre satis visum est, ubi subjectum partis participialis aut expressum aut intelligendum, ut I, 3; VII, 23, in parte enunciationis primaria repetitur per

1) Nominativum: I, 90, — *ἀναρτημένου σεῦ* — — — *χρηστὰ ἔργα καὶ ἔπεα ποιέειν, αἴτεο δόσιν.* I, 96, *Ἐόντων* — *αὐτονόμων πάντων* — — — *ἐς τυραννίδας περιῆλθον.* I, 178, *κέεται (Βαβυλὼν) ἐν πεδίῳ μεγάλῳ, μέγαθος ἐοῦσα μέτωπον ἕκαστον εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίων, ἐοίσης τετραγώνου.* Hic anacoluthon statuere amant interpretes, ex quibus Ab. Herodoto obversatum esse *τῆς ἐστὶ μέτωπον ἕκαστον εἰκ. κ. ἑκ. στάδιοι,* ut II, 124, putat. Neque tamen ad anacoluthon hoc loco confugere opus est, et genetivum absolutum Ku. l. l. recte agnovit. Hujus loci quandam habet similitudinem II, 15, — *Ἰώνων* —, *οἵ φασι* — — *λέγοντες* — — *λεγόντων* — —. II, 111, *τοῦ ποταμοῦ κατελθόντος* — — *κυματίης ὁ ποταμὸς ἐγένετο.* V, 81, *Πειρησαμένων* — *τῶν Θηβαίων* — — — *καὶ τρηχέως περιεφθέντων* — — — — *οἱ Θηβαῖοι πέμψαντες* — — *ἀπεδίδοσαν.*

λείπει vocem remotiorem esset referendum; et sic reliqui quoque interpretes explicaverunt, qui illud *γάρ* intactum recte voluerunt. Sed haec attractio l. assimilatio haud scio an sit inusitata; quam quidem cum usu Graeci sermonis et consuetudine consonare consimilibus saltem exemplis comprobatum esset vellem; nam ii loci, qui apud Steinium, I, 24, et Abichtium et Lhardyum, IV, 149, afferuntur, quippe qui a nostro sint diversi, huic sententiae nihil favent. Ego vero locum aliter explicandum esse puto. Fortasse Herodotus scripturus erat: *προσσχόντι — — — — ἔδοξέ οἱ καταλείπειν.* Attamen fieri potest, ut Herodotus de disjunctione illa *εἴτε — εἴτε* initio non cogitans dicturus esset *προσσχόντι — οἱ ἡ. χ. ἤρεσε· καταλείπει γάρ,* quod si res ita se habet, anacoluthon exsistit haud dissimile eorum, quae particula *γάρ* effecta sunt, de quibus infra disputabimus. Illa tamen explicatio simplicior videtur. Sed ut de toto loco quid sentiam appareat, legentes ea animadvertere jubeo, quae de altero hujus loci anacolutho infra proponam. IV, 156, *ἡ δὲ Πυθίη σφι ἔχρησε συγκτίζουσι Βάττῳ Κυρήνην τῆς Λιβύης ἄμεινον πρήξειν.* Schw. queritur, omnes codices in vulgatam scripturam conjurasse. Jam Kr. interpretatur: *es werde ihnen (die Sache) besser gedeihen;* sed hanc illius *ἄμεινον πρήξειν* significationem insolitam esse, ipse concedit. Herodotus quidem et cap. seq. *φάμενοι — —*

---

2) Genetivum: I, 116, *Ταῦτα λέγοντος τοῦ παιδὸς τὸν Ἀστυάγεα ἐσήϊε ἀνάγνωσις αὐτοῦ.* II, 71, *τὸ δέρμα — οὕτω δή τι παχύ ἐστι ὥστε αὔου γενομένου ξυστὰ ποιέεσθαι — ἐξ αὐτοῦ.* VIII, 106, *ἀχθέντων τῶν παίδων ἐς ὄψιν ἠναγκάζετο ὁ Πανιώνιος τῶν ἑωυτοῦ παίδων — τὰ αἰδοῖα ἀποτάμνειν.*

3) Dativum: I, 3, *τοὺς δὲ προϊσχομένων ταῦτα προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἁρπαγήν.* III, 31, *εἰρομένου — τοῦ Καμβύσεω ὑπεκρίνοντο αὐτῷ οὗτοι.* III, 65, *— χρῆν ἐμεῦ αἰσχρὰ — — πεπονθότος τιμωρέειν ἐμοὶ —.* IV, 97, *— σωθέντος ἐμεῦ — — ἐπιφάνηθί μοι.* VI, 64, *— δι' ἃ Κλεομένεϊ διεβλήθη μεγάλως πρότερόν τε ὁ Δημάρητος ἀπαγαγὼν τὴν στρατιὴν ἐξ Ἐλευσῖνος καὶ δὴ καὶ τότε ἐπ' Αἰγινητέων τοὺς μηδίσαντας διαβάντος Κλεομένεος.* Hoc loco optime cernitur, gen. abs. ad temporis notionem graviore vi efferendam pertinere. VII, 24, *— ποιευμένων — σφι —.* VII, 213, *Ἀπορέοντος — βασιλέος — — — ἦλθέ οἱ —.* IX, 58, *— ὑμῖν — ἐπαινεόντων —.*

4) Accusativum: I, 187, *Δαρείῳ δὲ καὶ δεινὸν ἐδόκεε εἶναι — — — χρημάτων κειμένων, καὶ αὐτῶν τῶν χρημάτων ἐπικαλεομένων, μὴ οὐ λαβεῖν αὐτά.* II, 134, *Πυραμίδα — ἀπελίπετο πολλὸν ἐλάσσω τοῦ πατρὸς, εἴκοσι ποδῶν καταδέουσαν κῶλον ἕκαστον τριῶν πλέθρων ἐούσης τετραγώνου.* Cfr. I, 178. III, 75, *Φαμένου — — τοῦ Πρηξάσπεω — αὐτόν.* V, 22, *Ἀλεξάνδρου — ἑλομένου καὶ καταβάντος — — — ἔξεργόν μιν.* VI, 67, *Θηωμένου — τοῦ Δημαρήτου ὁ Λευτυχίδης εἰρώτα τόν Δημάρητον, —.* IX, 99, *οἱ — Σάμιοι ἀπικομένων Ἀθηναίων αἰχμαλώτων — — — τούτους λυσάμενοι πάντας ἀποπέμπουσι — —.*

οὐδὲν ἄμεινον πρήσσειν et alibi, ut V, 119, locutionem *εὖ πρήσσειν* ad homines non res retulit. St. dativum *συγκτ.* ita explicat, ut illi *ἄμεινον πρ.* substituat *ἄμεινον συνοίσεσθαι*, quod IV, 15; V, 82 & 114 occurrit, quibuscum cfr. VII, 8, 1; *συμφέρεται ἐπὶ τὸ ἄμεινον.* Sic fere Lh. locum intellectum voluit. Ab. quoque accusativum desiderat idque jure, nam illud *ἔχρησε* hoc loco significat *respondit* l. *oraculum edidit* [1]).

Inter casuum anacolutha postremo afferantur loci, ubi *Accusativus nominis l. pronominis et participii in prima comprehensione ponitur, quum verbum, quod sequitur, alium casum postulet.*

Cujus abnormis constructionis duo genera distinguenda sunt; atque ad unum genus loci pertinent, ubi verbum accusativum poscens scribenti initio obversatum est, deinde tamen constructio ab instituta ratione deflexit. Qua de re adeas R. § 130, adn. 2; Ku. § 682, 2; Matth. § 427, b, adn. 3; B. pagg. 132, 133 [2]). Huc sunt referendi V, 103, *ἐκπλώσαντές τε ἔξω τὸν Ἑλλήσποντον Καρίης τὴν πολλὴν προσεκτήσαντο σφίσι σύμμαχον εἶναι· καὶ γὰρ τὴν Καῦνον πρότερον οὐ βουλομένην συμμαχέειν, ὡς ἐνέπρησαν τὰς Σάρδις, τότε σφι καὶ αὕτη προσεγένετο.* Exspectabamus *ἡ Καῦνος — — βουλομένη*, sed quamquam antecedens illud *προσεκτήσαντο* etiam ad *τὴν Κ. β.* scriptori obversatum est, tamen sequens structura enunciatione *ὡς — — Σάρδις* intermissa ab initio diversa facta est. VI, 53, *τούτους γὰρ δὴ τοὺς Δωριέων βασιλέας — — καταλεγομένους — — καὶ ἀποδεικνυμένους — — — — ἀπὸ δὲ Δανάης — — — φαινοίατο ἂν — — —.* Sed h. l. alterum est anacoluthon; nam sequens oratio ita instituta est, ut illi accusativi a verbo prorsus sint destituti, de qua re infra dicemus. IX, 2, — *καταστρέψεται. κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἰσχυρὸν Ἕλληνας ὁμοφρονέοντας, οἵ περ καὶ πάρος ταὐτὰ ἐγίνωσκον, χαλεπὰ εἶναι περιγίνεσθαι — —. Περιγίνεσθαι* genetivum personae, ut ajunt, postulat, Kr. I, 47, 19, illud quidem, sed Herodotus verbum *καταστρέφεσθαι* hoc quoque loco usurpaturus videtur. Contra quam ceterorum interpretum senten-

[1]) Cum his locis comparari possunt Thuc. I, 62, *ἦν δὲ ἡ γνώμη τοῦ Ἀριστέως τὸ μὲν μεθ' ἑαυτοῦ στρατόπεδον ἔχοντι ἐν τῷ ἰσθμῷ ἐπιτηρεῖν τοὺς Ἀθηναίους*, in quem locum cfr. Popponem, et Xen. Anab. VII, 1, 34 & 35.

[2]) Consimili ex caussa orta sunt Hom. Od. I, 275, 276, et Soph. Electr. 479, 480, quocum duos locos ex Aeschyli tragoediis petitos comparavit Schneidewinus. Neque apud Ciceronem accusativi soluti exempla frustra quaesiveris, Fin. III, 12, 41, adeas tamen hoc de loco Madvigium; Tusc. I, 24; II, 16.

tiam Schw. praeter V, 103, qui supra est, et II, 141, qui infra, attulit IX, 42, *ὡς περιεσομένους ἡμέας* — —, et III, 99, — *αὐτὸν τηκόμενον* — —, quorum uterque a nostro loco discrepat, quo efficeret, accusativum absolute positum esse. In eandem sententiam Sg. discedit, qui plura exempla et inter se disparia et ab hoc abhorrentia congessit. De qua explicandi ratione deque sententia Wentzelii [3]), qui contendit, ex nominativo, quem dicant absolutum, propter orationem obliquam accusativum h. l. factum esse, quid judicem, ex iis, quae jam pagg. 11, 12 disserui, legentibus ultro apparere putaverim [4]).

Alterum genus pertinet ad orationem obliquam, in qua nominativus vel in oratione recta abnormis factus est accusativus. Hujus structurae ex libris Herodoti unum tantum exemplum repeti potest. II, 141, *ἐνθαῦτα ἀπικομένους, τοῖσι ἐναντίοισι αὐτοῖσι ἐπιχυθέντας νυκτὸς μῦς ἀρουραίους κατὰ μὲν φαγέειν τοὺς φαρετρεῶνας αὐτέων κατὰ δὲ τὰ τόξα, πρὸς δὲ τῶν ἀσπίδων τὰ ὄχανα,* —. Sic Schw., Sg., Lh., Kr. legunt, et haec scriptura, quantum intelligere potui, est codicum; fuerunt tamen, quibus displicuerit, quique ad commutandum se contulerint. Quare nobis videndum est, num id, quod ex libris traditum est, re vera id sit, quod explicari non possit. Jam nihil impedire mihi videtur, quo minus in Kruegeri sententia acquiescamus, qui quamquam illud *ἀπικομένου,* quod Joh. et D. Bekkerum sequentes receperunt, non plane spernit, tamen existimat, fieri posse, ut illud *ἀπικομένους* scriptum sit obversante verbo *βλαβῆναι*; quae quidem sententia, nisi fallor, etiam Schweighaeuseri est. Qui sicut Sg. cum nostro loco III, 99 inepte comparavit; neque assequi possum, cur Lh. non modo III, 99 sed etiam II, 152 — *ἐκβάντας* — *ὁπλισθέντας* — attulerit, qui loci et inter se dissimiles sint et a nostro diversi. Codicum igitur scriptura, quoniam explicari posse videtur, retineatur; neque audiendus est aut St., qui scribit *ἐνθαῦτα ἀπικομένοισι τοῖσι ἐναντίοισι (αὐτοῖσι)* — aut Ab., qui *ἐνθαῦτα ἀπικομένοισι ἐναντίοισι (αὐτοῖσι)* [5]).

---

[3]) Ueber die sogenannte absolute Participialconstruction. pagg. 33, 34.

[4]) Quod legitur, I, 155, — *φέρω· τὰ δὲ νῦν παρεόντα, Πακτύης γάρ ἐστι ὁ ἀδικέων* — — — — *οἶτος δότω τοι δίκην* ab Abichtio huc relatum est. Statuit enim *τὰ νῦν παρ.* ex *φερέτω* scriptori obversante pendere, sed hic locus ad aliud anacoluthorum genus rectius transfertur. Cfr. pag. 10.

[5]) Hic quoniam de abnormi accusativo agitur, haud alienum sit commemorare, Wannowskium, pag. 175, Schweighaeuserum, Stegerum statuere, propter orationem obliquam cum recta commutatam anacoluthon esse I, 86, ubi legunt *καὶ τὸν Κῦρον ἀκούσαντα* — *μετα-*

Hic quoniam de singulorum casuum anacoluthis quaestio absoluta est, ad generis et numeri anacolutha transeamus. Persaepe enim loci occurrunt, ubi *scriptor in notionibus exprimendis, quarum una ad alterius genus et numerum constituenda vim habere debebat, voces usurpet, quae, si grammaticae rationem habueris, aut genere aut numero aut utroque inter se discrepent, quum ex una locutione notio elici possit, quae alteri voci optime respondeat.* Quam abnormem scribendi consuetudinem Herodotus tum maxime admittit, quum aut adjectivum l. pronomen ad nomen aliquod est referendum aut praedicatum, quod dicunt, cum subjecto copulandum. Atque has potissimum constructiones grammatici ad sensum dicere solent; quarum concedo esse nonnullas, quas, utpote quae in Graeco sermone latius pateant, inter ea anacolutha, quae ad persequendum mihi hic proposui, numerare dubitaverim. Satius tamen duxi eas quoque structuras, quae frequentiores sunt, afferre; sunt enim rarioribus cognatae ob eamque rem ad has illustrandas pertinent [6]).

Jam ad locutiones collectivas, quae dicuntur, cujuslibet numeri et generis voces pluralis numeri et masculini generis a Graecis scriptoribus referuntur, quandocunque non tam de toto quam de singulis, quae toto continentur, cogitant. Kr. I, 58, 4, 1. Ex libris Herodoti haec petii exempla: IX, 23, *τὸ πλῆθος ἐπεβοήθησαν,* Schw. et Sg., *ἐπεβώθησαν,* St., ubi verbum plur. numeri ad subjectum sing. num. refertur. Reliqui editores singularem verbi habent; invenitur tamen pluralis in Sancroftiano saltem codice [7]). Haud dissimilis est IX, 59, *ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχον* [8]). Etiam pluralis verbi usurpatur nomen singularis numeri, quod antecedit, respiciens VII, 126, *οὔτε — ἴδοι τις ἂν λέοντα, — — — ἀλλ' — γίνονται.* Cui contrarius est II, 68, *Τῶν δὲ κροκοδείλων ἡ φύσις*

γνόντα τε καὶ ἐννώσαντα — κελεύει —. Reliqui autem editores, quos adii, omnes legunt *κελεύειν,* quod, si Wesselingio credere licet, auctoritate codicum non caret. Ceterum Schw. ipse, Tom. V, pag. 102, confessus est, ejusmodi anacoluthi nullum simile exemplum sibi occurrisse, de qua re cfr. Joh. Tom. I, pag. 305.

[6]) Copiosius hunc locum persecutus est Dr. Fr. Grüter in libello, qui inscribitur Ueber die Synesis oder Konstruction nach dem Sinne in der lateinischen und griechischen Sprache. Münster 1855.

[7]) Cfr. Liv. V, 40, *pars per agros dilapsi, pars urbes petunt finitimas;* XXIV, 3; Caes. D. B. G. II, 6.

[8]) Liv. XXIV, 20 — *cum eorum nemo — — — aut ipsi venirent aut nuntium litterasve mitterent,* —; Caes. D. B. C. III, 30.

ἐστὶ τοιήδε· — — — — ἐσθίει οὐδέν, cum quo a plurali ad singularem transitu comparari potest VII, 197, — *πολλοὶ — οἴχοντο — — ἁλίσκωνται — — θύεται —*. Neque desunt loci, ubi pronomina plur. collectivis numeri sing. respondeant, ut personalia V, 21, — *ζήτησις — ἐγίνετο, καί σφεας Ἀλέξανδρος κατέλαβε σοφίῃ.* VI, 76, — *στρατιὴν — σφεας —*. VI, 91, — *τοῦ δήμου — σφεας —*. VII, 10, 5, — *στρατὸς — σφι —*; demonstrativa IV, 110, *ἐντυχοῦσαι δὲ πρώτῳ ἱπποφορβίῳ τοῦτο διήρπασαν, καὶ ἐπὶ τούτων ἱππαζόμεναι ἐληΐζοντο τὰ τῶν Σκυθέων.* V, 92, 2, *ἦν ὀλιγαρχίη, καὶ οὗτοι — — — ἔνεμον τὴν πόλιν.* VII, 156, — *τὸν — δῆμον τῶν Μεγαρέων οὐκ ἐόντα μεταίτιον — — οὐδὲ προσδεκόμενον — — ἀγαγὼν καὶ τούτους —*; relativa II, 51, — *λόγον — —, τὰ — — δεδήλωται.* Hic singulorum ratio habetur, quae in voce *λόγον* latent; *über welche Dinge.* Kr. IV, 3, — *νεότης, οἳ —*. V, 23, *ὅμιλός τε πολλὸς μὲν Ἕλλην περιοικέει, πολλὸς δὲ βάρβαρος, οἳ — — ποιήσουσι —* [9]). Aliter comparatus est VII, 36, *τὰ λίνεα (ὅπλα), τοῦ —*. Fit etiam, ut pluralis participii ad singul. *ἕκαστος* referatur, I, 169, — *ἄνδρες ἐγένοντο ἀγαθοὶ περὶ τῆς ἑωυτοῦ ἕκαστος μαχόμενοι* [1]), qui locus conferatur cum I, 87, — *ὥρα πάντα μὲν ἄνδρα σβεννύντα τὸ πῦρ, δυναμένους δὲ οὐκέτι καταλαβεῖν.* Eodem fere modo pluralis participii refertur ad singularem substantivi collectivi, VII, 40, *στρατὸς παντοίων ἐθνέων ἀναμὶξ, οὐ διακεκριμένοι.* VIII, 28, *Ταῦτα μέν νυν τὸν πεζὸν ἐργάσαντο τῶν Θεσσαλῶν οἱ Φωκέες, πολιορκέοντας ἑωυτούς* [2]), et ad singularem alius participii, quod neutrius est generis et collectivam vim habet, Kr. I, 43, 4, 17. I, 97, *Πλεῦνος δὲ αἰεὶ γινομένου τοῦ ἐπιφοιτέοντος, οἷα πυνθανομένων —*, et ad subjectum verbi, quod est numeri sing. IV, 65, — *παραφέρει, καὶ ἐπιλέγει — —, ταύτην ἀνδραγαθίην λέγοντες,* nam verba illa *παρ.* et *ἐπιλ.* ad complures pertinent.

Occurrunt etiam loci, ubi post nomina terrarum atque urbium sequuntur voces incolas significantes. Kr. I, 58, 4, 2. Huc pertinent III, 113, — *τῆς Ἀραβίης — — σφί —*. IV, 43, — *Αἴγυπτον — παρὰ τούτων —*. V, 63, —

---

[9]) Sic fere apud Latinos Cic. pr. Arch. 12, 31, — *est eo numero, qui — — sancti sunt habiti atque dicti;* de Off. I, 34, 122; Caes. D. B. G. I, 15; D. B. C. III, 93; Liv. XXXV, 3.

[1]) Cfr. Liv. IX, 14, — *pro se quisque — — — memorantes, caedunt — —.*

[2]) Cfr. Liv. I, 41, *clamor inde concursusque populi mirantium, quid rei esset,* de quo loco Weissenbornium adeas.

Θεσσαλίης — — πρὸς αὐτούς. VII, 8, 2, — *Ἀθήνας, οἵ —.* VIII, 31, — *ταύτην — τὴν Δωρίδα γῆν — — — ἐμήδιζον.* VIII, 120, — *Ἄβδηρα — — σφι —* [3]). Accidit autem contrarium VIII, 127, *ὑποπτεύσας δὲ καὶ τοὺς Ὀλυνθίους ἀπίστασθαι ἀπὸ βασιλέος, καὶ ταύτην ἐπολιόρκεε.* In quem locum Kr., *Ein Pronomen,* inquit, *auf den Stadtnamen nach Erwähnung der Einwohner zu beziehen ist eben so selten als das Umgekehrte gewöhnlich ist.* Adjungitur etiam nomini urbis, quod pluralis numeri est, singularis participii V, 115, *τῶν δὲ ἐν Κύπρῳ πολίων ἀντέσχε χρόνον ἐπὶ πλεῖστον πολιορκευμένη Σόλοι, τὴν — —,* ubi Kr. et Ab. animadverterunt, vocem *πόλις* obversatam esse, vel pronominis relativi I, 145, — *Αἰγαὶ, ἐν τῇ Κρᾶθις ποταμὸς ἀείναός ἐστι,* qui locus sicut superior ille est explicandus [4]). Nonnumquam sequitur post adverbium loci vox incolas respiciens: III, 51, *τῇ δ᾽ ἐξελαθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ παῖς δίαιταν ἐποιέετο, ἐς τούτους πέμπων — ἀπηγόρευε —.* VIII, 133, *ἐντειλάμενος πανταχῇ* (= *ἐπὶ πάντα τὰ χρηστήρια,* Kr.) *μιν χρησόμενον ἐλθεῖν, τῶν οἷά τε ἦν σφι ἀποπειρήσασθαι.* Cfr. I, 204. IX, 1, *ὅκου δὲ ἑκάστοτε γίνοιτο, τούτους παρελάμβανε.* De quibus locis adeas Kr. II, 58, 3, 3. Ad hos locos, qui ad nomina urbium et terrarum pertinent, accedat II, 5, *καὶ τὰ κατύπερθε ἔτι τῆς λίμνης ταύτης — —, τῆς πέρι ἐκεῖνοι οὐδὲν — ἔλεγον —.* Illud *τῆς πέρι* scriptum est, quasi pro *τὰ κατ.* ante dictum esset *ἡ κατ. χώρη.* St. legit *ἡ τὰ κατ.* cujus scripturae Dietschium citat auctorem; sed D. in ea, qua ego usus sum, editione nihil addidit.

Jam porro genus participii, quod ad quandam (Matth. §§ 442 & 430 b, n.) circumlocutionem refertur, ad notionem dirigitur, quae circumlocutione expressa est. Kr. I, 47, 5, 12. Cfr. Ku. § 420; B. pag. 53. Ad suum praeceptum Kr. ipse nos delegavit in IV, 44, *οὕτω καὶ τῆς Ἀσίης, πλὴν τὰ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, τὰ ἄλλα ἀνεύρηται ὁμοῖα παρεχομένη τῇ Λιβύῃ,* cum quo loco quandam, si quid video, similitudinem habet I, 36, — *ὑὸς χρῆμα γίνεται μέγα· ὁρμεόμενος δὲ οὗτος ἐκ τοῦ οὔρεος — — τὰ — ἔργα διαφθείρεσκε* [5]).

---

[3]) Cfr. Liv. XXIII, 17, *Poenus Acerras primum ad voluntariam deditionem conatus perlicere, postquam obstinatos inde videt, obsidere atque oppugnare parat.*

[4]) Similiter vocabulum *urbs* Plinio obversatum est H. N., V, 26, 21 scribenti: *Elatium dimidio propior Petrae, quam Damascus,* et Suetonio Tit. 5 — — *Hierosolymorum oppugnatione — — — cepitque eam —.*

[5]) Cfr. Hor. Sat. II, I, 71—73, — *virtus Scipiadae et mitis sapientia Laeli nugari cum illo et discincti ludere — soliti.*

Sequantur loci, ubi pronomina *σφεῖς* et *σφέτερος* ad unum referuntur ratione habita totius, cujus id, de quo agitur, pars est. Kr. I, 58, 4, 3. Qui loci sunt: IV, 43, — *ἔλεγε φὰς — ἀνθρώπους — παραπλώειν — οἵ, ὅκως σφεῖς καταγοίατο τῇ νηΐ, φεύγεσκον* —. VI, 78, *Μαθὼν δὲ ὁ Κλεομένης ποιεῦντας τοὺς Ἀργείους ὁκοῖόν τι ὁ σφέτερος κῆρυξ σημήνειε, παραγγέλλει* —.

Fit etiam, ut vox adjectiva ad substantivum antecedens spectet, quod non expressum est sed in praecedente adjectivo l. verbo continetur. Kr. I, 43, 3, 12; II, 43, 3, 7; Matth. § 435. Ejusmodi sunt II, 65, *Ἐοῦσα δὲ Αἴγυπτος ὅμουρος τῇ Λιβύῃ οὐ μάλα θηριώδης ἐστί· τὰ δὲ ἐόντα σφι ἅπαντα ἱρὰ νενόμισται.* Illud *τὰ ἐόντα* respicit *θηρία*, quod in adjectivo *θηριώδης* latet. IV, 194, — *πιθηκοφαγέουσι· οἱ δέ σφι ἄφθονοι ὅσοι ἐν τοῖσι οὔρεσι γίνονται.* Hic verbum *πιθηκοφαγέουσι* = *πιθήκους ἐσθίουσι.* VII, 34, — *ἐγεφύρουν — — τὴν μὲν λευκολίνου —, τὴν δ' ἑτέρην τὴν βυβλίνην* —, ubi verbum *ἐγεφύρουν* = *γεφύρας ἔζεύγνυσαν.* Durior est haec structura VII, 36, init. Nam *τὰς δὲ ἄλλοι ἀρχιτέκτονες ἔζεύγνυσαν* scripsit Herodotus de substantivo, quod est *γέφυρα*, cogitans, antecedit autem, cap. 35, *ζεῦξι* [6]).

Vox pluralis numeri nomen sing. numeri praepositione *μετά* cum altero conjunctum respicit quasi antecedentia illa nomina particula *καί* inter se conjuncta essent. Kr. I, 63, 4, 3. Cujus structurae unum apud Herodotum inveni exemplum: III, 14, — *τὸν παῖδα ἔπεμπε μετ' ἄλλων Αἰγυπτίων δισχιλίων — — — — δεδεμένους καὶ — ἐγκεχαλινωμένους* [7]).

Inveniuntur quoque apud Herodotum exempla constructionis, quam *σχῆμα Πινδαρικόν* l. *Βοιώτιον* appellaverunt. Duobus enim locis singularis verbi praemittitur subjecto numeri plur. et generis masc. Kr. I, 63, 4, 4; II, 63, 3, 4. Cfr. Matth. § 303. Unus locus est I, 26, *ἔστι δὲ μεταξὺ τῆς τε παλαιῆς πόλιος — — — καὶ τοῦ νηοῦ ἑπτὰ στάδιοι*, alter VII, 34, *ἔστι δὲ ἑπτὰ στάδιοι ἐξ Ἀβύδου ἐς τὴν ἀπαντίον.* Recte St. subjectum *τὸ μεταξύ*, Schw. et Sg. *τὸ διάστημα* substituisse videntur, cfr. II, 6 init.

---

6) Cfr. Hom. Il. IX, 383—384, (*Θῆβαι,*) *αἵ θ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστας ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι* —. Sic Faesius, Crusius *ἑκάστην*.

7) In sermone Latino haec structura est frequentior. Vid. Zumptium, Gram. Lat. § 375. Liv. XXI, 60, — *ipse dux cum aliquot principibus capiuntur;* I, 59; XLII, 20; Ter. Heaut. III, 1, 64; Sall. Jug. 101; Cic. Tusc. I, 18, 41; Caes. D. B. C. III, 88; Nep. Phoc. 2; Curt. IV (II), 5.

Fit denique, ut pronomen relativum ὅς, quum vim habeat personalem, tamen ad nomen referatur, quod qualitatem indicet. Kr. I, 51, 13, 11; II, 51, 11, 4.

Kr. nihil attulit, quo, quae esset hujus constructionis natura, cognosceretur, praeterquam quod hanc conjunctionem tenuem esse et rationi grammaticae non satis consentaneam *(lockere, nicht eigentlich constructionsmässige Verbindung)* docuit. Matth. autem, § 633, in exemplis, quae hujus generis sunt, explicandis rectam viam ingressus esse videtur, ostendens, personale illud ὅς positum esse, quasi locutio personalis et ei, quae occurrit, cognata antecederet. Ceterum hujus structurae exempla suppeditaverunt Madv. § 195, b; R. § 121, 12, b; Ku. § 802, 6; B. pagg. 291, 292; Th. § 349, 1.

Hujus generis locus Herodoteus est unus I, 136, *Ἀνδραγαθίη δ' αὕτη ἀποδέδεκται, μετὰ τὸ μάχεσθαι εἶναι ἀγαθὸν, ὃς ἂν πολλοὺς ἀποδέξῃ παῖδας.* Recte animadvertit Ab., illud ὃς ἂν ab Herodoto scriptum esse, quasi antecedentia sic conformata essent: *ἀνὴρ ἀγαθὸς οὗτος ἀποδέδεκται.* St. cum hoc loco contulit Hom. Il. XIV, 81, *βέλτερον ὃς φεύγων προφύγῃ κακὸν ἠὲ ἁλώῃ,* et Tyrtaeum, Fr. XII, 15, 16, secundum Bergkianam editionem.

Saepe autem anacolutha ex eo oriuntur, quod scriptor rationem, quae inter singulas enunciationes vel enunciationis partes intercederet initio voluerat, oratione continuata cum alia commutavit.

Atque *ex orationis membris, quae ut ad communem aliquam notionem referantur ob eamque rem illi notioni supponantur, ipsa sententia postulare videatur, aut unum aut plura aut denique omnia ab his quasi secundariis partibus decedentia per absolutam enunciationem exprimuntur.*

I. Sic persaepe apud Herodotum post participium aut aliam vocem enunciatio absoluta sequitur, quum id, quod ea enunciatione continetur, non minus quam vox antecedens ad aliud quid et tertium definiendum pertinere deberet.

Jam apud Graecos scriptores frequentiores sunt loci, ubi enunciatio cum voce in aliquo casu posita conjungitur. Kr. I, 59, 2, 4 & 5. Atque res ipsa per se conspicua est, anacoluthon non esse statuendum, quum aut eadem aut consimilis vis enunciationi et antecedenti voci subjecta est, ut finalis, V, 109, *Ἡμέας ἀπέπεμψε τὸ κοινὸν τῶν Ἰώνων φυλάξοντας τὴν θάλασσαν, ἀλλ' οὐκ ἵνα — — αὐτοὶ Πέρσῃσι πεζῇ προσφερώμεθα*; caussalis, III, 74, *τοῖσι μάγοισι ἔδοξε — Πρηξάσπεα φίλον προσθέσθαι, ὅτι τε ἐπεπόνθεε — — —*

καὶ διότι — ἠπίστατο — —, πρὸς δ' ἔτι ἐόντα ἐν αἴνῃ μεγίστῃ —; caussalis et finalis, VI, 30, *νῦν δέ μιν αὐτῶν τε τούτων εἵνεκεν, καὶ ἵνα μὴ διαφυγὼν αὖτις μέγας παρὰ βασιλέϊ γένηται, Ἀρταφέρνης τε — — καὶ — Ἅρπαγος — — ἀνεσταύρωσαν.* Sed omnibus locis est anacoluthon, ubi enunciatio illa sit absoluta. Qua structura efficitur, ut alterum membrum ab altero, quocum ei communis ratio esse debebat, divulsum quasi in aequo atque tertia illa notio ponatur. Quod si quaesiverimus, quibus caussis scriptor adductus sit, ut ab severa grammatica constructione deflecteret, inveniemus, eum potissimum secutum esse, ut aut gravitati aut perspicuitati aut utrique consuleret. Atque iis locis, in quibus ut V, 37, si grammatica structura servata esset, major futura fuisset participiorum coacervatio, hoc perspicuitatis studium vel maxime cernitur. Ad connectendum autem praecipue adhibentur *μὲν — δέ*; *τέ — καί*; *ἅμα μὲν — ἅμα δέ.*

α). Fit igitur, ut enunciatio absoluta cum participio conjungatur. Kr. II, 59, 2, 4 (ibi enim de his quoque anacoluthis praecipit,); I, 59, 2, 9; Ku. § 727 adn. 4; B. pag. 473. Huc sunt referendi quum alii loci tum hi

I, 85, — *ὁ Κροῖσος τὸ πᾶν ἐς αὐτὸν ἐπεποιήκεε ἄλλα τε ἐπιφραζόμενος καὶ δὴ καὶ ἐς Δελφοὺς περὶ αὐτοῦ ἐπεπόμφεε χρησόμενος.* I, 129, *κατέχαιρέ τε καὶ κατεκερτόμεε, καὶ ἄλλα λέγων — — καὶ δὴ καὶ εἴρετό μιν —.* I, 131, *Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοιοισίδε χρεομένους· ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι μωρίην ἐπιφέρουσι, — — — οἱ δὲ νομίζουσι Διὶ — — — — θυσίας ἔρδειν.* Hic scriptor, quum jam structuram, quam exspectabamus, *οὐκ — ποιευμένους — — ἀλλὰ — — ἐπιφέροντας* deseruisset, id quoque membrum, quod illi *ἀγάλματα μὲν — — —* respondet, per absolutam enunciationem *οἱ δὲ νομ.* — facile expressit, quo multo expeditior periodus reddita est, quam futura fuisset, si ad grammaticae normam omnia exacta essent. II, 116, *δῆλον δέ· κατὰ γὰρ ἐποίησε — — πλάνην τὴν Ἀλεξάνδρου, ὡς ἀπηνείχθη ἄγων Ἑλένην τῇ τε δὴ ἄλλῃ πλαζόμενος, καὶ ὡς ἐς Σιδῶνα — — ἀπίκετο — — —.* Hic enunciatio *ὡς — — ἀπικ.* non est ipsa per se absoluta illa quidem, sed tamen ratione verbi *ἀπηνείχθη* habita suas ipsius partes sequitur; nam pro participio *ἀπικόμενος*, quod illi *πλαζόμενος* respondere debebat, positum est *ἀπίκετο*, quod in eodem gradu, quo *ἀπηνείχθη*, collocatum est. Enunciationem autem non participium Herodotus gravitatis caussa usurpat: nam

Alexandrum in Aegypto fuisse, infra vel maxime efficere studet. Ceterum viri docti codicum scripturam *κατὰ γὰρ ἐποίησε* alii aliter permutaverunt, quamvis bene explicari possit; primaria enim enunciatio continetur verbis, quae consequuntur, *ἐν τούτοισι τοῖσι ἔπεσι δηλοῖ.* Cfr. Dietschium, praef. ad h. l. II, 138, — *διώρυκες ἐσέχουσι οὐ συμμίσγουσαι ἀλλήλῃσι ἀλλ᾽ — ἑκατέρη ἐσέχει.* III, 74, — *προσέφερον — φάμενοι — ἐκέλευον —.* In hoc ordine Kr. recte collocavit III, 140, — — — *ἐγὼ προαιδεῦμαι νεωστὶ μὲν — — ἔχων; ἀναβέβηκε δ᾽ ἤ τις ἢ οὐδείς — — —, ἔχω δὲ χρέος —,* quo loco praeceptis grammaticae magis consentaneum fuisset, si pro verbis finitis structurae participiales ex Kr. I, 56, 14, 2 usurpatae essent. Ceterum de particula *δέ* adeas Kr. I, 69, 16, 3. III, 152, — *οὐδ᾽ ὣς ἐδύνατο ἑλεῖν σφέας ἄλλοισί τε σοφίσμασι πειρησάμενος, καὶ δὴ καὶ — τούτῳ ἐπειρήθη.* V, 28, *τοῦτο μὲν — ἡ Νάξος εὐδαιμονίῃ — προέφερε, τοῦτο δὲ — — ἡ Μίλητος αὐτή τε ἑωυτῆς μάλιστα δὴ τότε ἀκμάσασα, καὶ δὴ καὶ τῆς Ἰωνίης ἦν πρόσχημα, κατύπερθε δὲ — — νοσήσασα —.* Nolo cum Steinio ad *ἀκμάσασα* et *νοσήσασα* verbum *ἦν* intelligere, Kr. I, 56, 3, 5. Nam participium *ἀκμ.* ad *εὐδ. προέφερε,* quod etiam ad *ἡ Μίλητος* pertinet, referatur, *νοσήσασα δέ* autem ad *ἦν πρόσχημα.* Neque Kruegero circumscribendum erat illud *δέ.* V, 37, *τὠυτὸ τοῦτο ἐποίεε, — — ἐξελαύνων — ἐξεδίδου —.* V, 110, — *διέτασσον — ἀντιτάσσοντες — ἀντέτασσον —.* VI, 13, — *ὁρέοντες ἅμα μὲν ἐοῦσαν ἀταξίην πολλὴν — — ἅμα δὲ κατεφαίνετό σφι εἶναι ἀδύνατα — —,* ad quem locum infra revertemur. Cfr. VI, 19, init.; VI, 25, — *Καρίην ἔσχον —, τὰς μὲν ἐθελοντὴν τῶν πολίων ὑποκυψάσας, τὰς δὲ ἀνάγκῃ προσηγάγοντο.* VI, 70, fin.; VI, 74, — *προσάγων — — πρόθυμος ἦν —.* Huc pertinere mihi videtur etiam VI, 128, — *διεπειρᾶτο — —, καὶ — ἰὼν —, καὶ — τε ἐξαγινέων —, καὶ τό γε μέγιστον, — διεπειρᾶτο.* VI, 133, — *ἐπιφραζόμενοι — — ἐξηείρετο —.* VII, 6, — *ἐχόμενοι — — προσωρέγοντο —.* VII, 10, 6, — *δοκέοντα — — ἐξεύροι —.* VII, 23, — *ποιεῦντες — συνῆγον —.* VII, 93, — *ἐσταλμένοι — εἶχον.* VII, 211, — *ἀποδεικνύμενοι — φεύγεσκον —.* VIII, 1, *Οἱ δὲ Ἑλλήνων ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες ἦσαν οἵδε· Ἀθηναῖοι μὲν — — παρεχόμενοι — — —. ὑπὸ δὲ ἀρετῆς — — Πλαταιέες — — — συνεπλήρουν — — —,* cum quo loco conferas VII, 61 et quae proximis capitibus sequuntur; VII, 84, sqq; VII, 89, sqq; VIII, 44, sqq, de quo loco Abichtium adeas; — VIII, 46, —

ἀποπεμφθέντες — — *ἀπίκατο* —. VIII, 83, — *προηγόρευε εὖ ἔχοντα μὲν* — — — *τὰ δὲ ἔπεα ἦν πάντα* — — —, ubi illud *τα. δ. ἔ. ἤ.* ad praecedens *προηγόρευε* repetendum pertinet. VIII, 132, — *ἐοῦσι* — *ἐδόκεε* —. IX, 15, — *βουλόμενος* — *ποιήσασθαι* — *καὶ* — *κρησφύγετον* — *ἐποιέετο.* Hoc loco *βουλ. ποιήσασθαι* idem fere significat atque *ἐποιέετο,* Kr. I, 53, 2, 2. IX, 52, — *οὐκ ἐν νόῳ ἔχοντες* (sc. *ἀπαλλάσσεσθαι*), *οἱ δὲ* — — *ἔφευγον* —. IX, 104, — *κατηγεόμενοι* — *ἐγίνοντο* —. Fit etiam, ut ea, quae ad posterius membrum exprimendum pertinent, longo intervallo a priore disjuncta in nova demum comprehensione reperiantur ut II, 127, — *πυραμίδα* — — — *ἐς μὲν τὰ ἐκείνου μέτρα οὐκ ἀνήκουσαν,* cui, ut recte animadvertit St., respondet *ὑποδείμας δὲ τὸν πρ. δ.* — —; *Die Pyramide war zwar kleiner, dagegen war ihr Unterbau von Granit.* Ab. tamen putat, post *ἐμετρήσαμεν* excidisse *πολλῷ δὲ λειπομένην αὐτοῦ,* Kr. autem alterum membrum abesse statuit, quocum cfr. Lhardyum.

Jam separatim fiat mentio eorum locorum, ubi enunciatio absoluta sequitur participium verbi *εἶναι* praecedenti alicui voci appositum, ut III, 41, — *σφρηγὶς* — *χρυσόδετος σμαράγδου μὲν λίθου ἐοῦσα, ἔργον δὲ ἦν Θεοδώρου* — —. V, 66, — *Ἰσαγόρης* — *οἰκίης μὲν ἐὼν δοκίμου, ἀτὰρ τὰ ἀνέκαθεν οὐκ ἔχω φράσαι.* Hic quamquam res minoris esse momenti forsitan videatur, tamen tacite praetermittere nolo, editores his et aliis similibus locis non sibi constare ante partem appositam priore loco comma ponentes posteriore non item. Schw. tamen et Sg. utroque loco comma posuerunt.

Postremo accedant loci, in quibus propter orationem obliquam ex verbo finito factus est infinitivus: II, 141, — *ποιεῦντα* — *ἀπελέσθαι* —. VI, 134, — *γυναῖκα, ἐοῦσαν μὲν Παρίην γένος, οὔνομα δέ οἱ εἶναι Τιμοῦν,* quod exemplum haud longe distat ab III, 41 & V, 66 [8]).

---

[8]) Neque ad hoc genus neque ad anacolutha omnino pertinere mihi videntur loci Herodotei, ubi *εἴτε* — *εἴτε* ita usurpantur, ut post unum *εἴτε* sequatur participium, post alterum verbum finitum. Interpretes autem docent, a participio ad verbum finitum hic quoque transitum fieri, Kr. et Ab. in I, 19 et Kr. II, 59, 2, 4. Quorum locorum rationem equidem, quamvis a Kruegeri auctoritate invitus recesserim, tamen aliam esse puto atque eorum, quos supra attuli: hic enim, ni fallor, ex breviloquentia quadam dictionis simplicissima explicatio petenda est. I, 19, — *πέμπει ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους, εἴτε δὴ συμβουλεύσαντός τευ, εἴτε καὶ αὐτῷ ἔδοξε* — *ἐπείρεσθαι* —, ubi ad prius illud *εἴτε* intelligatur *ἔπεμψε* ex verbo antecedente repetitum. III, 121, — *εἴτ' ἐκ προνοίης αὐτὸν καταλογέοντα τὰ Ὀροίτεω πρήγματα, εἴτε καὶ συντυχίη τις τοιαύτη ἐπεγένετο* —. Hic ex

β). Absoluta enunciatio sequitur alias quoque voces atque participia. Kr. II, 59, 2, 3, hoc tamen praeceptum latius patet.

Quae ab usitata construendi ratione declinatio post pronomen indefinitum *ἄλλος* saepissime occurrit, quum scriptor ad aliquid majore vi efferendum absolutam enunciationem usurpat. I, 14. — *πάρεξ δὲ τοῦ ἀργύρου χρυσὸν ἄπλετον ἀνέθηκεν, ἄλλον τε καὶ τοῦ μάλιστα μνήμην ἄξιον ἔχειν ἐστί, κρητῆρές οἱ ἀριθμὸν ἓξ χρύσεοι ἀνακέαται.* Herodotus comprehensionem instituit quasi pergere vellet *ἄλλον τε (χρυσὸν) καὶ κρητῆρας χρυσέους, οἳ — — ἀνακέαται.* I, 138, *δεύτερα δὲ τὸ ὀφείλειν χρέος (αἴσχρὸν νενόμισται), πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων εἵνεκεν, μάλιστα δὲ ἀναγκαίην φασὶ εἶναι τὸν ὀφείλοντα καί τι ψεῦδος λέγειν.* Hic exspectaverit quis *μάλιστα δὲ ὅτι ἀναγκαίην φασί εἶναι* ex Kr. I, 55, 4, 6. Cfr. ad hunc locum Kruegerum, qui consimilem Xen. Anab. III, 4, 31 attulit. I, 143, *ἀπεσχίσθησαν δὲ ἀπὸ τῶν ἄλλων Ἰώνων οὗτοι κατ᾽ ἄλλο μὲν οὐδὲν, ἀσθενέος δὲ ἐόντος τοῦ παντὸς τότε Ἑλληνικοῦ γένεος, πολλῷ δὲ ἦν ἀνθενέστατον τῶν ἐθνέων τὸ Ἰωνικὸν — —.* Sic praeter Dietschium legunt Schw., Sg., Joh., Lh., Kr. codicibus obtemperantes. Est autem duplex anacoluthon. Primum enim inter se conjunguntur locutio dependens *κατ᾽ ἄλλο μὲν οὐδέν* et absoluta enunciatio, quae idem valet atque *κατ᾽ ἀσθενείην τοῦ ἐθν. Ἰ.* Deinde particula *δέ* enunciationem primariam occupans anacoluthon alterum efficit, ad quod infra nos conferemus. St. tamen post *πολλῷ* Heroldi scripturam, quae est *τέ* pro *δέ*, recepit. Quod autem Ab., Tom. I, pag. 375, illud *δέ* post *πολλῷ* in codice Mediceo esse negavit, se errasse ipse confessus est, Tom. IV, pag. 198. Idem ad legitimam constructionem hunc locum recte sic transtulit: *κατ᾽ ἄλλο μὲν οὐδὲν, κατ᾽ ἀσθενείην δὲ τοῦ ἔθνεος Ἰωνικοῦ, πολλῷ ἀσθενεστάτου τῶν ἐθνέων, ἀσθενέος ἐόντος τοῦ παντὸς τότε Ἑλληνικοῦ γένεος.* I, 193, *τοὺς συκέων τρόπον θεραπεύουσι τά τε ἄλλα, καὶ φοινίκων, τοὺς ἔρσενας Ἕλληνες καλέουσι, τούτων τὸν καρπὸν περιδέουσι τῇσι βαλανηφόροισι τῶν φοινίκων.* Valckenaerius loco quo-

---

consequente participio *καταλογέοντα* repetatur *κατηλόγησε.* IX, 5, — *ταύτην τὴν γνώμην ἀπεφαίνετο, εἴτε δὴ δεδεγμένος χρήματα — —, εἴτε καὶ ταῦτά οἱ — ἥνδανε;* intelligas *ἀπεφαίνετο.* Cum hoc loco contulit Kr. VIII, 54, ubi codices praebent — *ἐκέλευε* — — *εἴτε δὴ ὦν ὄψιν τινὰ ἰδὼν ἐνυπνίου ἐνετέλλετο ταῦτα, εἴτε καὶ ἐνθύμιόν οἱ ἐγένετο ἐμπρήσαντι τὸ ἱρόν.* Sed hic ipse locus sententiae meae favere videtur; nam quid aliud est illud *ἐνετέλλετο* nisi *ἐκέλευε*, quod antecedit, repetitum? Sed Kr. *ἐνετ. ταῦτα* uncis circumscripsit.

dam apud Athenaeum, XIV, cap. 65, Meineke, ductus voces *τά τε ἄλλα* ante praecedens *καὶ τὰ εἰρημένα* reponi jussit et legit *τῶν γὰρ φοινίκων*. Neque tamen quod vocabula *τά τε ἄ.* apud Athenaeum desiderantur ullam justam caussam affert, cur in Herodoteo contextu transponantur, et si *καὶ φοινίκων* in *τῶν γὰρ φ.* mutandum esset, certe plura essent, quae hoc loco, ut cum illo apud Athenaeum concineret, aliter conformari deberent, Sed liberius verba Herodoti laudasse videtur Athenaeus. Quare reliqui editores illam Valckenaerii sententiam jure rejecerunt. Schw. autem sensum loci latine recte reddidit: — *quum aliis rebus, tum quod mascularum — — — palmarum fructum glandiferis palmis circumligant.* II, 44, — *εἶδον πλουσίως κατεσκευασμένον ἄλλοισί τε πολλοῖσι ἀναθήμασι, καὶ ἐν αὐτῷ ἦσαν στῆλαι δύο.* Cfr. quae in I, 14, supra dixi. II, 92, — *τοῖσι — αὐτοῖσι νόμοισι χρέονται, τοῖσι καὶ οἱ ἄλλοι Αἰγύπτιοι, καὶ τὰ ἄλλα καὶ γυναικὶ μιῇ ἕκαστος αὐτῶν συνοικέει,* cfr. I, 193. II, 111, *ἀναθήματα — — ἄλλα τε — — — ἀνέθηκε, καὶ — — — ἀξιοθήητα ἀνέθηκε ἔργα,* quocum cfr. simillimum locum I, 14. V, 62, *τόν τε νηὸν ἐξεργάσαντο τοῦ παραδείγματος κάλλιον τά τε ἄλλα, καὶ συγκειμένου σφι πωρίνου λίθου ποιέειν τὸν νηὸν Παρίου τὰ ἔμπροσθε αὐτοῦ ἐξεποίησαν.* Cfr. I, 193. Ab. exspectabat hanc fere sententiam expressam: *Sie überschritten sowol in anderen Puncten die festgesetzten Bedingungen als auch in dem, dasz sie statt des vertragsmäszig bedungenen Kalksteins parischen Marmor verwandten.* De altero hujus loci anacolutho infra mentionem faciemus. V, 83, — *Αἰγινῆται Ἐπιδαυρίων ἤκουον τά τε ἄλλα, καὶ δίκας διαβαίνοντες ἐς Ἐπίδαυρον ἐδίδοσάν τε καὶ ἐλάμβανον παρ᾽ ἀλλήλων οἱ Αἰγινῆται.* Sic ego distinguo; D. Joh. Kr., Ab., post *ἤκουον* tantum comma posuerunt, Schw, et Sg. post *ἄλλα* quoque, St. neutro loco. Ceterum comparandus est I, 193. Huc haud scio an optime referatur etiam IX, 25, *ὁ γὰρ χῶρος ἐφαίνετο πολλῷ ἐὼν ἐπιτηδεώτερος — — — τά τε ἄλλα καὶ εὐυδρότερος.* Hic Kr. desiderat participium *ἐών,* sed qua est noster locus cum iis, qui supra allati sunt, similitudine, consuetudini Herodoti magis consentaneum videtur cum Abichtio intelligere verbum *ἦν,* Kr. I. 62, 1, 6, vel rectius fortasse *ἐφαίνετο* (*ἐών*). Ad haec exempla, in quibus pronomen *ἄλλος* aut solum et in neutro accusativi positum aut partes attributi, quod dicunt, agens occurrit, proxime accedit VI, 21, ubi adverbium *ἄλλῃ* eodem modo usurpatum est, *Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ δῆλον ἐποίησαν ὑπεραχθεσθέντες τῇ Μιλήτου ἁλώσι τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῇ, καὶ δὴ καὶ ποιή-*

σαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν καὶ διδάξαντι ἐς δάκρυα — ἔπεσε τὸ θέητρον —. Neque a superioribus abhorret I, 74, *ὅρκια δὲ ποιέεται ταῦτα τὰ ἔθνεα τά πέρ τε Ἕλληνες, καὶ πρὸς τούτοισι — — — τὸ αἷμα αναλείχουσι ἀλλήλων,* quod in legitimum ordinem sic converti possit *τά πέρ τε οἱ Ἑ. καὶ ἄλλα πρὸς τούτοισι· καὶ γὰρ — —.*

Jam alii loci sequantur, ubi *μέν* et *δέ* ad connectendum adhibita sunt. II, 75, — *εἶδον ὀστέα ὀφίων καὶ ἀκάνθας πλήθεϊ μὲν ἀδύνατα ἀπηγήσασθαι, σωροὶ δὲ ἦσαν ἀκανθέων καὶ μεγάλοι* — — —. Hic Herodotus dicturus est, ossa et spinas vidi innumerabiles et in acervos collectas. IV, 181, — *ἄνθρωποι οἰκέουσι — — — — πρῶτοι μὲν — — Ἀμμώνιοι,* quod capite sequente respicit *Μετὰ δὲ Ἀμμωνίους — — — ἄνθρωποι — οἰκέουσι* — —, quocum cfr. V, 45, — *Συβαρῖται μὲν — — οἱ δ᾽ αὖ Κρωτωνιῆται* —. V, 101, *ἦσαν ἐν τῇσι Σάρδισι οἰκίαι αἱ μὲν πλεῦνες καλάμιναι, ὅσαι δ᾽ αὐτέων καὶ πλίνθιναι ἦσαν, καλάμου εἶχον τὰς ὀροφάς. εἶχον* participio *ἔχουσαι* substitutum est. VII, 139, — *ἐξέργομαι γνώμην ἀποδέξασθαι ἐπίφθονον μὲν — — —, ὅμως δὲ — — — οὐκ ἐπισχήσω.* Enunciatio illa absoluta, quae adjectivum *ἐπίφθονον* sequitur, posita est pro *ἐπισχετέην* l. simili locutione. IX, 3, *ἀλλά οἱ δεινός τις ἐνέστακτο ἵμερος τὰς Ἀθήνας δεύτερα ἑλεῖν ἅμα μὲν ὑπ᾽ ἀγνωμοσύνης, ἅμα δὲ πυρσοῖσι — — ἐδόκεε βασιλέϊ δηλώσειν — — — ὅτι ἔχοι Ἀθήνας.* Hic quoque comma post *ἑλεῖν* delens Dietschii, Abichtii, Kruegeri, Steinii distinguendi rationem deserui; Schw., Sg., Joh. colon posuerunt. Scriptor autem initio dicturus videtur, Mardonium quum imprudentia tum vanitate, ut consilium Thebanorum repudiaret, adductum esse; sed alterum membrum absoluta enunciatione expressit. Hic afferre liceat locum, ubi *μέν* et *δέ* satis longo intervallo sunt disjuncta ob eamque rem alterum membrum absolutum, III, 80, *Ἐμοὶ δοκέει, ἕνα μὲν ἡμέων μούναρχον (μοῦνον) μηκέτι γενέσθαι.* Cui respondet quod in extremo capite legitur *πλῆθος δὲ ἄρχον* — — —.

Etiam post locutiones, quae appositionis, quam dicunt, locum obtinent, alterum membrum absoluta enunciatione continetur, cujus structurae exempla afferamus II, 134, — — *Ῥοδῶπις γενεὴν μὲν ἀπὸ Θρηΐκης, δούλη δὲ ἦν Ἰάδμονος* —. III, 4, *ἦν τῶν ἐπικούρων τῶν Ἀμάσιος ἀνὴρ γένος μὲν Ἁλικαρνησεύς, οὔνομα δέ οἱ ἦν Φάνης.* VI, 51, — *Δημάρητος — — — ἐὼν — — — οἰκίης — τῆς ὑποδεεστέρης κατ᾽ ἄλλο μὲν οὐδὲν ὑποδεεστέρης, — — — — κατὰ πρεσβυγένειαν δέ κως τετίμηται μᾶλλον ἡ Εὐρυσθένεος.*

Hunc locum in usitatiorem ordinem St. sic redegit: — *ὑποδεεστέρης, κατὰ πρ. δέ κως ἔσσον τετιμημένης ἢ ἡ Εὐρ.*

Ultimum inter hujus generis exempla locum obtineat II, 127, *καὶ τοῦτον δὲ τῷ αὐτῷ τρόπῳ διαχρᾶσθαι τῷ ἑτέρῳ τά τε ἄλλα καὶ πυραμίδα ποιῆσαι,* ubi infinitivus in locum verbi finiti, quod scriptor, si recta oratio fuisset, usurpasset, propter orationem obliquam successit; nam in oratione recta Herodotus scripsisset *ἐποίησε.*

II. Quum duo orationis membra inter se respondentia ad aliud quid definiendum pertinere deberent, fit ut utrumque membrum absoluta enunciatione exprimatur.

Cujus generis unum tantum locum apud Herodotum inveni II, 39, — *κεφαλῇ — ἐκείνῃ πολλὰ καταρησάμενοι φέρουσι, τοῖσι μὲν ἂν ᾖ ἀγορὴ καὶ Ἕλληνές σφι ἔωσι ἐπιδήμιοι ἔμποροι, οἱ δὲ φέροντες ἐς τὴν ἀγορὴν ἀπ' ὧν ἔδοντο, τοῖσι δὲ ἂν μὴ παρέωσι Ἕλληνες, οἱ δ' ἐκβάλλουσι ἐς τὸν ποταμόν.* D. legit *οἱ μὲν φέροντες.* Kr. voces *φέρουσι* et *οἵδε* (*οἱ δέ*) circumscribens locum ita permutavit, ut anacoluthon evanescat, sed quum multis locis tum hoc vir doctissimus contra codices et violentius egit. Vox autem *φέρουσι* latiorem continet notionem, quae consequentibus enunciatis diligentius definitur, qua de re cfr. Abichtium in hunc locum: atque Herodotus comprehensionem ita exorsus est, ut quis facile exspectet hanc fere structuram in consequentibus servatam: *τοῖσι μὲν — — — —, οὗτοι μὲν φέροντες ἐς ἀγορὴν ἀποδόμενοι — — —, τοῖσι δὲ — — —, οὗτοι δὲ ἐς τὸν ποταμὸν ἐκβάλλοντες,* sed quoniam ejusmodi participiorum coacervatio vix ferenda erat, illam structuram praetulit. Ad verbum fere sensus loci apud Abichtium redditur: *ferunt caput ei, quibus forum est et quibus graeci sunt mercatores, hi igitur caput in forum ferunt et vendunt, quibus vero Graeci non adsunt, hi caput in fluvium coniciunt.* De scriptura, quae est *οἱ δὲ φέρ.,* deque anacolutho ex ea orto suo loco docebimus.

Generi antecedenti cognatissimum est id, quod locum habet, quum *scriptor, quamquam unam locutionem duobus membris inter se respondentibus communem initio redditurus erat, tamen consequentem orationem ita conformat, ut in altero membro ab hoc inito consilio destitisse videatur.* Atque in plurimis hujus generis locis fit, ut locutio, quae utriusque membri esse debebat, altero loco aut eadem forma aut affini repetatur. Quo anacoluthorum genere nihil

apud Herodotum latius patet, id quod ex indole Herodoteae dictionis ad quotidianum hominum sermonem quam proxime accedentis et perspicuitatem consectantis vel optime intelligi potest. Ut autem totum genus illustretur, ex tanta exemplorum silva haec afferam:

II, 175, *καὶ τοῦτο ἐκόμιζον μὲν ἐπ' ἔτεα τρία, δισχίλιοι δέ οἱ προσετετάχατο ἄνδρες ἀγωγέες,* ubi ipsa verborum collocatio demonstrat, prius illud membrum ita conformatum esse, ut vox *τοῦτο* initio convenienter ad alterum quoque membrum scriptori referenda esset. IX, 1, *τοῖσι δὲ Θεσσαλίης ἡγεομένοισι οὔτε τὰ πρὸ τοῦ πεπρηγμένα μετέμελε οὐδὲν, πολλῷ τε μᾶλλον ἐπῆγον τὸν Πέρσην.* VIII, 69, *τάδε καταδόξας, πρὸς μὲν Εὐβοίῃ σφέας ἐθελοκακέειν ὡς οὐ παρεόντος αὐτοῦ, τότε δὲ αὐτὸς παρεσκεύαστο θηήσασθαι ναυμαχέοντας,* quo loco post prius membrum sententia sic fere continuanda fuisse videtur: ipso autem spectante eos fortius esse dimicaturos. IV, 148, *παραιτέεται ὁ Θήρας, ὅκως μήτε φόνος γένηται, αὐτός τε ὑπεδέκετό σφεας ἐξάξειν ἐκ τῆς χώρης.* Ordo institutus servatus esset, si Herodotus scripsisset *αὐτός τέ σφεας ἐξαγάγῃ ἐ. τ. χ.* Atque plurimi sunt loci, ubi aliud sit subjectum membri prioris, aliud posterioris, quum unum subjectum utrique membro commune esse deberet, I, 207, *ἐκεῖνοι ἰδόμενοι ἀγαθὰ πολλὰ τρέψονταί τε πρὸς αὐτά, καὶ ἡμῖν τὸ ἐνθεῦτεν λείπεται ἀπόδεξις ἔργων μεγάλων.* Partes hujus comprehensionis si aequaliter conformatae essent, scriptum esset, opinor, — — *αὐτὰ καὶ λείπουσι* l. *παρέχουσι ἡμῖν τ. ἐ. ἀπόδεξιν ἐ. μ.* VI, 43, — — *ὁ Μαρδόνιος* — — — *αὐτὸς μὲν* — — *ἐκομίζετο ἅμα τῇσι ἄλλῃσι νηυσὶ, στρατιὴν δὲ τὴν πεζὴν ἄλλοι ἡγεμόνες ἦγον* — —. Ex altero membro repetatur *στρ. δ. τ. π. ἄλλοισι ἡγεμόσι παρέδωκε ἄγειν* —. VI, 52, *τούτους ἀνδρωθέντας αὐτούς τε ἀδελφεοὺς ἐόντας λέγουσι διαφόρους εἶναι τὸν πάντα χρόνον τῆς ζόης ἀλλήλοισι, καὶ τοὺς ἀπὸ τούτων γενομένους ὡσαύτως διατελέειν,* cujus comprehensionis altera pars idem valet atque *καὶ παῖδας ὡσαύτως διατελέοντας λιπέσθαι.* VII, 157, *σὺ δὲ δυνάμιός τε ἥκεις μεγάλης, καὶ μοῖρά τοι τῆς Ἑλλάδος οὐκ ἐλαχίστη μέτα* — —, quo loco alteri membro substitui potest *καὶ μοῖραν τῆς Ἑλλάδος οὐκ ἐλαχίστην μετέχεις,* de qua dicendi forma cfr. I, 204. Consimili ratione haec quoque exempla explicanda sunt I, 33, init.; III, 63; IV, 105, init.; V, 95; VI, 40; VI, 136; VII, 88; VII, 141; VII, 144; VII, 236; VIII, 141; IX, 7, init. Accedat II, 24, — — *ταύτην οἰκὸς διψῆν τε ὑδάτων μά-*

λιστα καὶ τὰ ἐγχώρια ῥεύματα μαραίνεσθαι τῶν ποταμῶν, quod Schw. latine sic reddidit: — *eam consentaneum est maxime sitire et aquae inopiam pati, adeoque maxime exsiccari fluviorum scaturigines quae sunt in ea regione.* Quod post pronomen relativum ordo institutus deseri solet, nemini mirum videatur, nam aliqua ex parte hoc ex eo Graecorum usu declarari potest, cujus pag. 7 mentionem fecimus. Exemplis sint I, 163, — *τῷ οὔνομα μὲν ἦν Ἀργανθώνιος, ἐτυράννευσε δὲ* —. I, 202, — *οἳ σιτέονται μὲν ῥίζας τὸ θέρος ὀρύσσοντες παντοίας, καρποὺς δὲ — — — σφι — κατατίθεσθαι* —, II, 129; III, 26, init.; III, 142, fin.; V, 52; VI, 123; VIII, 106, init.

Fit etiam, ut substantivum, quod utrique membro commune esse debebat, altero loco repetatur aut ipsum ut III, 48, — — *οἱ Σάμιοι — — πρῶτα μὲν — — ἐδίδαξαν — — — μετὰ δὲ — — — ἐποιήσαντο οἱ Σάμιοι ὁρτήν,* cfr. V, 67, init., aut per cognatam locutionem ut VIII, 96, ubi illud *τὸ εἰρημένον ἐν χρησμῷ* iterat *τὸν χρησμόν,* quod antecessit. V, 11, *ἐμνήσθη τῆς ἐξ Ἱστιαίου τε τοῦ Μιλησίου εὐεργεσίης καὶ τῆς παραινέσεος τοῦ Μυτιληναίου Κώεω.* Steinium non fefellit, *τέ* positum esse, quasi Herodotus initio voluisset, illud *τῆς εὐεργεσίης* ad Coem quoque pertinere. Ita ad repetendum pronomina saepissime usurpantur ut VI, 133, *οἱ δὲ Πάριοι, ὅκως μέν τι δώσουσι Μιλτιάδῃ ἀργυρίου, οὐδὲ διενοεῦντο, οἱ δὲ, ὅκως διαφυλάξουσι τὴν πόλιν, τοῦτο ἐμηχανῶντο.* VII, 125, — *οἱ λέοντες — — ἄλλου μὲν οὐδενὸς ἅπτοντο — —, οἱ δὲ τὰς καμήλους ἐκεράϊζον μούνας.* I, 123; III, 126; IV, 125, fin.; V, 35; VII, 156, init.; VII, 163; de quibus locis consulas Kr. II, 50, 1, 10; Madv. § 188, adn. 1, not.; R. § 99, 6, f, *β*; Ku, § 732, 3, c; Matth. § 289, adn. 9; B. pag. 310. — IV, 10, — *τὴν δ' — — — τοῦτο μέν σφι οὐνόματα θέσθαι — — —, τοῦτο δὲ — — — αὐτὴν ποιῆσαι τὰ ἐντεταλμένα,* quocum cfr. V, 71. Efficitur etiam repetitione, ut participium contra consilium, quod initio secuturus erat scriptor, non ad alterum quoque membrum referatur, I, 82, — *λέγοντες οἱ μὲν, ὡς — —, οἱ δὲ — ἀποφαίνοντες* —, ad quem locum Kr. et Ab. recte animadverterunt *λέγοντες* collocatum esse, quasi *ἀποφαίνοντες* non consecuturum esset. Maxima huic loco est similitudo cum I, 86, — *ἀνεβίβασε ἐπ' αὐτὴν (τὴν πυρὴν) τὸν Κροῖσον — —, ἐν νόῳ ἔχων εἴτε δὴ ἀκροθίνια ταῦτα καταγιεῖν θεῶν ὅτεῳ δὴ, εἴτε καὶ εὐχὴν ἐπιτελέσαι ἐθέλων,* qua declinatione facta facile pergit Herodotus *εἴτε καὶ πυθόμενος — — —.* Inspicias quoque I, 190; VII, 113. De

VI, 13 et IX, 15 adeas pagg. 29, 30. Verbi autem finiti in posteriore membro repetiti exempla suppeditent I, 135, *γαμέουσι δ' ἕκαστος αὐτῶν πολλὰς μὲν κουριδίας γυναῖκας, πολλῷ δ' ἔτι πλεῦνας παλλακὰς κτῶνται.* Hoc quidem loco illa repetitio explicatu facillima est, neque enim ullus homo Graecus umquam dixerit *γαμέουσι παλλακάς.* II, 17, — *λέγομεν, Αἴγυπτον μὲν πᾶσαν εἶναι ταύτην τὴν ὑπ' Αἰγυπτίων οἰκεομένην* — — —, *οὖρισμα δὲ Ἀσίῃ καὶ Λιβύῃ οἴδαμεν οὐδὲν ἐόν.* III, 47, — *ἐστρατεύοντο* — — *ἐστρατεύοντο* — —. III, 88; V, 91. Structurarum quoque paullo supra commemoratarum participes sunt hi loci, IV, 135, *κατέλιπε δὲ τούς τε ὄνους καὶ τοὺς ἀσθενέας τῆς στρατιῆς τῶνδε εἵνεκεν, ἵνα οἱ μὲν ὄνοι βοὴν παρέχωνται, οἱ δὲ ἄνθρωποι* — — — *κατελείποντο* —. VIII, 136, *Μαρδόνιος* — *ἔπεμψε ἄγγελον* — —, *ἅμα μὲν ὅτι* — —, *ἅμα δὲ ὁ Μαρδόνιος πυθόμενος ὅτι* — — — *ἔπεμπε.* VI, 17, *Διονύσιος* — — *ἀπέπλωε ἐς μὲν Φώκαιαν οὐκέτι* — — —, *ὁ δὲ* — — *ἔπλωε ἐς Φοινίκην,* quocum cfr. VII, 208. — Interdum particulae exordio orationis repugnante in altero membro iterantur, III, 43, *ἔμαθε, ὅτι ἐκκομίσαι τε ἀδύνατον εἴη* — — —, *καὶ ὅτι* — —. VII, 2, — *κατότι πρεσβύτατός τε εἴη* — — — *καὶ ὅτι* —. *κατότι* cum Abichtio scripsi. VII, 2, — *ὡς Ἀτόσσης τε παῖς εἴη* — — *καὶ ὅτι* —. VII, 197, — *ὡς θύεταί τε ἐξηγέοντο στέμμασι πᾶς πυκασθεὶς καὶ ὡς σὺν πομπῇ ἐξαχθείς.* Sed ad hunc locum pag. 40 revertemur. VII, 145, — *εἴ κως ἕν τε γένοιτο τὸ Ἑλληνικὸν, καὶ εἰ* — —. Quam exemplorum seriem loci concludant, ubi longior orationis pars ita repetatur, III, 99, *ὃς ἂν κάμῃ τῶν ἀστῶν, ἤν τε γυνὴ ἤν τε ἀνὴρ, τὸν μὲν ἄνδρα ἄνδρες* — — *κτείνουσι,* — —. *ἢν δὲ γυνὴ κάμῃ, ὡσαύτως αἱ* — *γυναῖκες* — — *ποιεῦσι.* III, 142, *τοσάδε μέντοι δικαιῶ γέρεα ἐμεωυτῷ γενέσθαι, ἐκ μέν γε τῶν Πολυκράτεος χρημάτων ἐξαίρετα ἓξ τάλαντά μοι γενέσθαι, ἱρωσύνην δὲ πρὸς τούτοισι αἱρεῦμαι αὐτῷ τέ μοι καὶ τοῖσι ἀπ' ἐμεῦ αἰεὶ γινομένοισι.* Illud *τοσάδε* — — — *γενέσθαι,* quod utrique membro commune esse debebat, in posteriore repetitur per *αἱρεῦμαι* — — — — *γινομένοισι.* De IV, 48, 49 infra fiet quaestio. VI, 84, — *συντίθεσθαι, ὡς χρεὼν εἴη αὐτοὺς μὲν τοὺς Σκύθας* — — *πειρᾶν* — *ἐσβαλεῖν, σφέας δὲ τοὺς Σπαρτιήτας κελεύειν* — *ἀναβαίνειν* —. Illud *κελεύειν* in altero membro respondet antecedentibus *συντίθεσθαι, ὡ. χ. ε.* Accedant VIII, 11 init.; VIII, 19; IX, 106. Magis abnormis est VIII, 119, *ἐν μυρίῃσι γνώμῃσι μίαν οὐκ ἔχω ἀντίξοον, μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι βασιλέα τοιόνδε, τοὺς μὲν ἐκ*

τοῦ καταστρώματος καταβιβάσαι ἐς κοίλην νέα ἐόντας Πέρσας καὶ Περσέων τοὺς πρώτους, τῶν δ' ἐρετέων ἐόντων Φοινίκων ὅκως οὐκ ἂν ἴσον πλῆθος τοῖσι Πέρσῃσι ἐξέβαλε ἐς τὴν θάλασσαν, quod Ab. in legitimum ordinem sic transtulit τῶν δ' ἐρετέων ἐ. Φ. ἴσον πλ. τ. Π. ἐκβαλεῖν ἐ. τ. θ. Ceterum hic vir, quem adeas, de toto loco optime disputavit. Neque male interpretatus est Schw. *ex decem millibus hominum, quos rogarem sententiam, ne unum quidem esse existimo, quin mihi sit adsensurus, non ejusmodi quidpiam facturum fuisse regem. sed Persas Persarumque principes, qui in ponte fuerunt, jussurum fuisse in cavitatem navis descendere, remigum vero, qui Phoenices erant, parem numerum, quot Persae fuerunt, in mare ejecturum* [9]).

Jam haud pauci sunt loci, in quibus scriptor *uno membro mutata forma, cui alterum jam respondet, repetendo, institutum ordinem deseruit, qui, ut quaedam locutio utrique membro communis esset, postulabat.*

Ex locis huc pertinentibus afferre lubet III, 12, αἴτιον δὲ τούτου τόδε ἔλεγον — — — ὅτι Αἰγύπτιοι μὲν — —, post quod erat sequendum Πέρσαι δέ; postquam tamen nonnulla interjecta sunt, illud membrum sic iteratur τούτοισι μὲν δὴ τοῦτό ἐστι αἴτιον — —, cui formae alterum inservit τοῖσι δὲ Πέρσῃσι, ὅτι — —, αἴτιον τόδε. III, 26, οἱ δ' αὐτῶν ἐπ' Ἀμμωνίους ἀποσταλέντες στρατεύεσθαι — — — ἀπικόμενοι μὲν φανεροί εἰσι ἐς Ὄασιν πόλιν — —, quod infra sic recurrit ἐς μὲν δὴ τοῦτον τὸν χῶρον λέγεται ἀπικέσθαι τὸν στρατόν, cui respondet τὸ ἐνθεῦτεν δὲ — — οὐδένες οὐδὲν ἔχουσι εἰπεῖν περὶ αὐτῶν. III, 84, καί σφι ἔδοξε Ὀτάνῃ μὲν — — ἐξαίρετα δίδοσθαι ἐσθῆτά τε — —, quod his repetitur ταῦτα μὲν δὴ Ὀτάνῃ ἐξαίρετα. Sequitur autem id, quod priori illi membro re et sensu oppositum est, τάδε δὲ ἐς τὸ κοινὸν ἐβούλευσαν. IV, 48, εἰσὶ δὲ οἵδε οἱ μέγαν αὐτὸν ποιεῦντες, διὰ μέν γε τῆς Σκυθικῆς χώρης πέντε μὲν οἱ ῥέοντες. Hic locus magis est implicatus neque defuerunt, qui ad mutandum se conferrent. Veluti Joh. οἱ ante ῥέοντες nulla caussa allata exstirpavit et Valckenaerius μόνοι, quod St. recepit, pro μὲν οἱ dedit, quae quidem scriptura, quamvis sit arguta, tamen,

[9]) Ad hoc genus relatum nolim VI, 101; nam Steinio assentiendum puto scribenti προσβολῆς δὲ γινομένης καρτερῆς πρὸς τὸ τεῖχος ἔπιπτον ἐπὶ ἓξ ἡμέρας πολλοὶ καὶ ἀμφοτέρων. τῇ δὲ ἑβδόμῃ Εὔφορβός τε — καὶ Φίλαγρος — — προδιδοῦσι —. Reliqui autem editores legunt μέν post πολλοί. Sed quum codicum scripturae, ut Schw. docet, h. l. vacillent et Valla in latinum sermonem vertens *multisque utrinque cadentibus* καί legisse videatur, illa scriptura praestat, quae quidem etiam I, 82 confirmari potest.

quippe quae nihil sit nisi conjectura eaque minime necessaria, non sequenda mihi videtur. Ratio autem loci haec est. Herodotus primum singulas regiones, per quas flumina feruntur, deinde numeros quoque fluminum inter se opponere voluit. Atque utriusque *μέν* contrarium continetur in his *ἐκ δὲ Ἀγαθύρσων Μάρις ποταμὸς ῥέων συμμίσγεται τῷ Ἴστρῳ.* —, quod grammatica ratione respondet antecedentibus *οὗτοι μὲν αὐτιγενέες ποταμοὶ Σκυθικοὶ συμπληθύουσι αὐτόν,* hoc autem repetit *διά μέν γε τ. Σ. χ. πέντε ῥέοντες.* Jam Lh. ad legitimam rationem illud contrarium ita transtulit *διὰ μὲν τῆς Σ. χ. π., ἐκ δὲ Ἀγαθύρσων εἷς* — —, hoc sic *πέντε μὲν οἱ διὰ τ. Σ. χ. ῥέοντες, εἷς δὲ ἐξ Ἀγαθύρσων* —. V, 92, 2, — *Βακχιάδῃσι, τοῖσι τὸ μὲν πρότερον γενόμενον χρηστήριον* — — *ἦν ἄσημον,* —. Paullo infra sequuntur et quod hoc membrum repetit et quod ei respondet *Τοῦτο μὲν δὴ* — — — — *Ἠετίωνος.* IX, 41, *βουλευομένων δὲ αἵδε ἦσαν αἱ γνῶμαι, ἡ μὲν Ἀρταβάζου, ὡς* — —. Eadem sententia paullulum mutata infra occurrit *τούτου μέν νυν ἡ αὐτὴ ἐγίνετο καὶ Θηβαίων γνώμη* —, cui opponitur *Μαρδονίου δὲ ἰσχυροτέρη* — —. Eodem modo comparatus est IX, 104.

His omnibus locis contrarii sunt ii, in quibus *locutio aliqua, quam ad unum tantum membrum scriptor initio relaturus erat, procedente oratione ad alterum quoque traducitur,* id quod usu venit quum ad connectendum adhibentur *τέ* — *καί* l. *τέ* — *τέ.*

Atque saepissime haec est praepositionum ratio, qua de re sunt Kr. I, 69, 59, 2; Madv. § 185, adn. 4; R. § 134, 5, adn. 2, append. 1, b; Ku. § 724, 2, b; Matth. § 626; B. pag. 461 [1]), — I, 69, *ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης.* VIII, 140, 2; IX, 7, 1; I, 154, *ἀπό τε Ταβάλου καὶ Κύρου.* VII, 102; VII, 42, *ἐπί τε ποταμὸν Κάϊκον καὶ γῆν τὴν Μυσίην.* V, 49, fin., *πρός τε Μεσσηνίους* — — *καὶ Ἀρκάδας τε καὶ Ἀργείους.* IX, 113, *σύν τε τοῖσι* — *υἱοῖσι καὶ δὴ κού τισι καὶ ἄλλοισι.* VII, 8, 2, *ὑπέρ τε ἐκείνου καὶ τῶν ἄλλων Περσέων.* V, 5, *ὑπό τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν.* V, 105; VII, 9, 2; VII, 155 [2]). A quibus exemplis haud longe distat VII, 106, *οἵ τε ἐκ Θρηΐκης*

---

[1]) Copiosior hujus usus expositio est apud Hartungium, Lehre von d. Partikeln d. gr. Sprache, Tom. I, pagg. 116, sq.

[2]) Aliter se habent hi loci, ubi nullum est anacoluthon, IX, 3, — *ἔν τε Σαλαμῖνι* — — *ἔν τε τῇσι νησοί.* IX, 33, init.; IX, 38; VI, 46, *ἔκ τε τῆς ἠπείρου καὶ ἀπὸ τῶν μετάλλων.* VII, 127, — *μέχρι Λυδίεώ τε ποταμοῦ καὶ Ἁλιάκμονος* I, 26. VII, 135.

καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου, ubi articulus quoque communis factus est. Sequantur V, 42, *ἦν τε οὐ φρενήρης ἀκρομανής τε.* I, 22, — *ἰδὼν τε σωρὸν μέγαν σίτου κεχυμένον καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐν εὐπαθείῃσι ἐόντας.* I, 105, — *λέγουσί τε — — διὰ τοῦτο σφεας νοσέειν, καὶ ὁρᾶν — τοὺς ἀπικνεομένους — —.* H. l. Herodotus *λέγουσι* alii verbo oppositurus ad eam sententiam orationem deduxit, quam expressit Ab. *Die Skythen berichten, dasz aus der erwähnten Ursache sowol sie (dort in Palästina) krank wurden, als auch die Reisenden bei ihnen (in ihrem Lande) die sogenannten ἐναρέας finden.* Durior quidem haec permutatio videtur I, 153, — *ἐπ᾽ οὓς ἐπεῖχέ τε στρατηλατέειν αὐτός, ἐπὶ δὲ Ἴωνας ἄλλον πέμπειν στρατηγόν.* Est tamen vis verbi *ἐπεῖχε* contra consilium institutum ad alterum quoque membrum *ἐπὶ Ἴωνας ἄ. π. σ.* traducta. Alterum hujus exempli anacoluthon suo loco commemorabitur. I, 188, — *ἔχοντά τε τοῦ πατρὸς τοῦ ἑωυτοῦ τοὔνομα Λαβυνήτου καὶ τὴν Ἀσσυρίων ἀρχήν.* II, 12, — *ἰδών τε τὴν Αἴγυπτον — — —,* cui respondere *πρὸς δὲ — τὴν Αἴγυπτον* — recte animadvertit Lh,, qui statuit, Herodoto *ἰδών τε* scribenti obversatum esse *καὶ σκεψάμενος* l. simile quid. Joh. ad *πρὸς δέ* intelligit *ἰδών.* De illo *τέ — δέ* infra fiet quaestio. III, 61, — *μαθών τε τὸν Σμέρδιος θάνατον — —, καὶ ὡς ὀλίγοι ἦσαν — —.* VII, 197, *ὡς θύεταί τε ἐξηγέοντο στέμμασι πᾶς πυκασθεὶς καὶ ὡς σὺν πομπῇ ἐξαχθείς.* Hunc locum frustra tentaverunt editores; Kr. quidem *ὡς θύεταί τε* circumscripsit et *ἐξήγοντο* pro *ἐξηγέοντο* in contextum intulit; idem illud *ὡς* ante *σὺν π.* rejecit. Qua permutatione facta quamvis expeditus fiat locus, tamen vix quisquam sit, cui illa ratio audacior et violentior non videatur. Ab. quoque, in cujus contextum ipso invito, ut ex adnotatione ejus apparet, *ἐξηγέοντο* pro *ἐξήγοντο* irrepsit, locum corruptum esse, asseverat. Vocabulum autem *ἐξηγέοντο,* i. e. *docuerunt,* cur permutetur, caussam equidem non invenio, atque reliqua ea sunt, quae explicationem admittant. Duplex enim est hujus loci anacoluthon, quum et illud *ὡς,* quod duobus membris commune esse debebat, repetatur, qua de re cfr. pag. 37, et illud *θύεται,* quod uni tantum membro scriptor tributurus erat, ad alterum quoque valeat. Herodotus autem, opinor, ita scripturus erat *ὡς θύεταί τε ἐξηγέοντο στέμμασι πᾶς πυκασθεὶς καὶ σὺν πομπῇ ἐξάγεται.* Quod si unum immiserimus anacoluthon, comprehensio sic conformabitur *ὡς θύεταί τε σ. π. π. καὶ ὡς ἐξάγεται,* altero autem accedente codicum scripturam habebimus. IX, 55, — *ὥρα τέ σφεας κατὰ χώρην τε-*

ταγμένους καὶ ἐς νείκεα ἀπιγμένους αὐτῶν τοὺς πρώτους. Kr. animadvertit, illud *τέ* collocatum esse, quasi ante *ἐς νείκεα* verbum illi *ὥρα* affine consecuturum esset. Cum quibus exemplis comparentur Thuc IV, 10 et Xen. Conv. II, 1, quae a Rostio, § 134, 5, adn. 2, append. 1, c, laudantur.

Ab iis, in quibus nunc versati sumus, anacoluthis diversa sunt ea, quorum ratio in eo sita est, ut membrum aliquod factum sit dependens, quum absolutum esse deberet. *Fit enim, ut post locutiones tales, quales sunt ὡς λέγουσι, ὡς πυνθάνομαι, sequatur non verbum finitum sed infinitivus ex verbo λέγουσι* l. *πυνθάνομαι pendens, quasi haec verba non in parenthesi, ut ajunt, posita essent.* Kr. I, 55, 4, 7; II, 55, 4, 3; Madv. § 216, adn. 3; R. § 137, 4, b, *β*; Ku. § 857, e; Matth. § 631, 2; B. pag. 464 [3]).

Haec attractio, quae ab Herodoto profecta videtur, quum apud alios tum apud Platonem et imprimis scriptores posteriores occurrit; quem usum per singulas aetates B. l. l. diligenter persequitur. Jam locorum, qui apud Herodotum inveniuntur, eos primum afferamus, ubi infinitivus locutionem, quae est *ὡς λέγουσι,* continuo sequitur, I, 65, *ὡς — αὐτοὶ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, Λυκοῦργον — — — ἐκ Κρήτης ἀγαγέσθαι ταῦτα.* IV, 5, *ὡς — Σκύθαι λέγουσι, νεώτατον ἁπάντων ἐθνέων εἶναι τὸ σφέτερον, —.* V, 44, *Τὸν χρόνον — τοῦτον, ὡς λέγουσι Συβαρῖται, σφέας τε αὐτοὺς καὶ Τῆλυν τὸν ἑωυτῶν βασιλέα ἐπὶ Κρότωνα μέλλειν στρατεύεσθαι, —.* VI, 137, *ὡς — αὐτοὶ Ἀθηναῖοι λέγουσι, δικαίως ἐξελάσαι.* VII, 171, *ἐς — τὴν Κρήτην ἐρημωθεῖσαν, ὡς λέγουσι Πραίσιοι, ἐσοικίζεσθαι ἄλλους τε ἀνθρώπους καὶ μάλιστα Ἕλληνας —.* Sequatur locus, ubi haec structura usurpatur post *λέγεται,* I, 191, *— — ὡς λέγεται ὑπὸ τῶν ταύτῃ οἰκημένων, — — — τοὺς τὸ μέσον οἰκέοντας — — οὐ μανθάνειν —.* Post verba *πυνθάνεσθαι* et *ἀκούειν* in parenthesi posita subsequitur infinitivus, II, 8, *— ὡς ἐγὼ ἐπυνθανόμην, δύο μηνῶν αὐτὸ εἶναι τῆς ὁδοῦ —.* IV, 76, *ὡς — ἐγὼ ἤκουσα Τίμνεω — —, εἶναι αὐτὸν Ἰδανθύρσου — — πάτρων, παῖδα δὲ εἶναι Γνούρου —.* IV, 95, *Ὡς — ἐγὼ πυνθάνομαι τῶν — — Ἑλλήνων — —, τὸν Ζάλμοξιν — —*

---

[3]) Cfr. etiam Hermannum in Vigerum, pagg. 892, 893; Wendtium, pagg. 24, 25; Ebhardtium, pagg. 2, 3. Apud Ciceronem quoque ejusmodi constructionis exempla deprehenduntur, de Off. I, 7, 22, — *atque, ut placet Stoicis, quae in terris gignantur, ad usum hominum omnia creari, homines autem hominum caussa esse generatos, ut ipsi inter se aliis alii prodesse possent.* de Rep. I, 37, 58. *Si, ut Graeci dicunt, omnes aut Graios esse aut barbaros, vereor ne barbarorum rex fuerit.*

δουλεῦσαι —. Jam porro duos locos apud Herodotum inveni, ubi infinitivus sequatur infinitivum absolutum, quem vocant, II, 125, — *ὡς ἐμὲ εὖ μεμνῆσθαι* — —, *ἑξακόσια καὶ χίλια τάλαντα ἀργυρίου τετελέσθαι.* VII, 229, *εἰ μέν νυν ἦν μοῦνον Ἀριστόδημον* — — *ἀπονοστῆσαι* — —, *ἢ καὶ ὁμοῦ σφέων ἀμφοτέρων τὴν κομιδὴν γενέσθαι, δοκέειν ἐμοὶ οὐκ ἄν σφι Σπαρτιήτας μῆνιν οὐδεμίαν προσθέσθαι,* quamquam Kr. contra codices *δοκέειν* in *δοκέει* permutavit. St. quoque *εἰ μέν ν. ἦ μοῦνον* scribens codices laesit; nam *ἦν* omnes praebent excepto Arch. (= Sancroft.), in quo, ut Schw. docet, *ἦν* omissum est. Restant loci, ubi primo quidem sequitur verbum finitum deinde tamen infinitivus, V, 10, *Ὡς* — *Θρήϊκες λέγουσι, μέλισσαι κατέχουσι τὰ πέρην τοῦ Ἴστρου, καὶ ὑπὸ τούτων οὐκ εἶναι διελθεῖν τὸ προσωτέρω.* VI, 54, — *ὡς* — *ὁ Περσέων λόγος λέγεται, αὐτὸς ὁ Περσεὺς* — — *ἐγένετο Ἕλλην* — — —· *τοὺς δὲ Ἀκρισίου γε πατέρας* — — —, *τούτους δὲ εἶναι,* — — —, *Αἰγυπτίους* [4]).

Generi antecedenti affinis est locus, ubi *post ejusmodi parenthesin sequitur locutio participialis pro enunciatione, cujus verbum finitum esse debebat.* VII, 184, — *καὶ πλῆθος ἦν τηνικαῦτα ἔτι, ὡς ἐγὼ συμβαλλόμενος εὑρίσκω,*

---

[4]) Non desunt loci, qui ab interpretibus parum apte huc relati videantur. Hermannus, in Vigerum, pag. 892, legit I, 58, *ὡς δὴ ὦν ἐμοί γε δοκέειν τὸ Πελασγικὸν ἔθνος, ἐὸν βάρβαρον, οὐδαμὰ μεγάλως αὐξηθῆναι,* sed in nullo, quantum equidem invenire potui, codice legitur *δοκέειν.* Ceterum scriptura *πρὸς δὴ ὦν,* quippe quae, si Schweighaeusero fidem habeamus, codicibus magis sit confirmata, illi *ὡς δὴ ὦν* anteferatur; Schw. tamen scribit *ὡς δὴ ὦν ἐμοί τε δοκέει* —. Sed D., Joh., Lh., Kr., qui Reiskii emendationem *ἔμοί γε* pro illo, quod codd. exhibent, *ἐμοί τε* receperunt, recte legunt *πρὸς δὴ ὦν ἔμοιγε δοκέει* — —. Sg., St., Ab. aliter. Etiam II, 56, Hermannus l. l. legi jubet *δοκέειν ἐμοὶ ἡ γυνὴ* —, quod quidem codicum auctoritate non caret, ut videre licet apud Schweighaeuserum, sed commendatius editoribus visum est *δοκέει.* III, 14, *Καὶ ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ὑπὸ τούτου εὖ δοκέειν οἱ εἰρῆσθαι, ὡς δὲ λέγεται ὑπ᾽ Αἰγυπτίων, δακρύειν μὲν Κροῖσον* — —. Ab. post *τούτου* inseruit *ἤκουσε,* St. autem lacunam esse statuit. Sed haud scio an D. aliique codicum scripturam intactam esse recte voluerint. Neque vero hic locus cum iis, qui supra lineam allati sunt, comparetur, necesse est; ipsa enim oratio, quae obliqua est, infinitivum efficit. IX, 85, — *τούτους* —, *ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ἑκάστους χώματα χῶσαι.* Hic ut saepe scriptorem ad obliquam orationem subito transiisse, puto, qua de re cfr. pag. 5. III, 56, *ὡς δὲ ὁ ματαιότερος λόγος ὥρμηται λέγεσθαι, Πολυκράτεα* — *δοῦναι* —. Sic Ab. Codices autem praebent *λέγεται,* quod retinuerunt Schw., Sg., Joh., Lh., Kr., D. — St. *λέγεται* circumscripsit. Jam Ab. ad permutationem suam probandam affert IV, 16 *λόγος ὥρμηται λέγεσθαι* — et VI, 86, 4, *ὁ λόγος ὅδε ὥρμηται λέγεσθαι,* sed haud minore jure Sg. et Kr. contulerunt VII, 189, *ὡς φάτις ὥρμηται.*

(τόσον) · — ἀρχαῖον — τὸν — ἐόντα ὅμιλον τέσσερας καὶ εἴκοσι μυριάδας — —. Kr. pro ὡς scriptum esse ὅσον conjicit, quo τὸν ὅμιλον ex εὑρίσκω pendere minus mirandum esset, sed ad hoc statuendum nihil cogit. Praeterea de verbo εὑρίσκειν cum accusativo locutionis participialis conjuncto adeas Kr. I, 56, 7, 2; II, 56, 7, 3.

Hinc ad anacolutha transeundum videtur, quae ita comparata sunt, ut membrum aliquod orationis secundarium primaria pars non rite sequatur. *Fieri enim solet, ut aut participium, conjunctum l. absolutum, in sequentibus nullum, ad quod referatur, verbum habeat, aut enunciatio comprehensionis secundaria a primaria sit destituta, quum ea, quae ad sententiam perficiendam desiderantur, aut in periodo consequente aut in enunciatione explicante cum particula γάρ aut in parte aliqua ejusdem comprehensionis secundaria contineantur.* Quum multa anacolutha tum saepissime haec ex eo orta sunt, quod scriptor expeditiorem et ad intelligendum faciliorem reddere voluit orationem, quum diligentioris descriptionis caussa tot interjecta sint, ut primaria pars, si sententia ad normam grammaticae severiorem ad finem usque perducta esset, ab antecedente participio l. secundaria enunciatione remotior futura fuisset ob eamque rem periodus molestior. Cui perspicuitatis studio scriptor ibi quoque inservivit, ubi secundarium illud membrum absoluta forma repetivit, ut III, 53 [5]).

Participium conjunctum a verbo destitutum occurrit III, 108, *καί κως τοῦ θείου ἡ προνοίη, ὥσπερ καὶ οἰκός ἐστι, ἐοῦσα σοφή, ὅσα μὲν (γὰρ) ψυχήν τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πάντα πολύγονα πεποίηκε.* Sic D., Lh., Kr., St. Videmus igitur, illud *γάρ* viros doctos offendisse, quam vocem Joh. et Ab. omiserunt. Schw. autem et Sg. Schaeferum secuti, ut locum expedirent, aliam vocabulorum distinctionem instituerunt comma post *οἰκός* ponentes et post *σοφή* interpungentes, quo fit, ut ἐστι ad ἐοῦσα referatur. Quam structuram grammaticae rationi non repugnare, concedo non tam loco III, 49, quem Schw, et Sg. attulerunt quemque incertum esse editionibus inter se comparandis invenies, adductus quam IV, 31, *ὥσπερ καὶ οἰκός,* et Kr. I, 56, 3, 3; cfr. tamen Bernhardyum, pag. 475, adn. 508. Sed ipse vocum sensus, qui ita ex-

---

[5]) Apud Ciceronem quoque hoc genus deprehenditur, Tusc. III, 17, 36, *Pythagoras mihi si diceret aut Socrates aut Plato: Quid jaces?* — —, primaria autem enunciatio § 37 latet in vocibus *pareo sequor* —, quae aliam respiciunt enunciationem secundariam *Ad haec bona me si revocas, Epicure,* in quem locum cfr. Tischerum.

sistit, scriptore indignus mihi videtur. An consentanuem est, Herodoto, quem hominem religiosissimum fuisse ex multis rebus cernere licet, [6]) umquam excidisse haec: sit forsitan divina providentia sapiens? Non puto. Neque vero illud *γάρ,* quod D. omnibus codicibus exhibitum esse confitetur, jure displicuit; nam ratio hujus loci, ni fallor, haec est: verba *ὅσα μὲν γὰρ* — — ad praecedens *ἐοῦσα σοφή* confirmandum allata sunt, quamquam ad exordium comprehensionis convenienter illa *τ. θ. ἡ. προνοίη* — *ἐοῦσα σ.* verbo *πεποίηκε* subjecta esse debebant. IV, 147, *προσσχόντι δὲ* — —, *καταλείπει γὰρ* — —, quem locum jam supra pagg. 19, 20 attigimus, sed ad id, cujus tum mentionem faciebamus, anacoluthon alterum accedit; est enim verbum *καταλείπει* a participio *προσσχ.* diremptum. Kr. *γάρ* circumscripsit. VI, 53, *τάδε δὲ κατὰ ταὐτὰ λεγόμενα ὑπ᾽ Ἑλλήνων ἐγὼ γράφω· τούτους γὰρ δὴ τοὺς Δωριέων βασιλέας μέχρι μὲν Περσέος τοῦ Δανάης* — — *καταλεγομένους ὀρθῶς ὑπ᾽ Ἑλλήνων καὶ ἀποδεικνυμένους ὥς εἰσι Ἕλληνες.* Sequitur longior interjecta oratio, quo factum est, ut *τούτους τοὺς βασιλέας καταλεγομένους καὶ ἀποδεικνυμένους* nullum verbum habeat, quo referatur. Sententiae tamen continuationem praebet *ἀπὸ δὲ Δανάης* — — *καταλέγοντι τοὺς ἄνω αἰεὶ πατέρας αὐτῶν φαινοίατο ἂν ἐόντες οἱ τῶν Δωριέων ἡγεμόνες Αἰγύπτιοι ἰθαγενέες.* Kr. recte vidit, initium ab Herodoto institutum esse, quasi pergere vellet *ἀπὸ (δὲ) Δανάης Αἰγυπτίους ἀποφαίνω.* St. illud *γάρ,* quod codicibus satis est confirmatum, exstirpans existimat, *τούτους τοὺς* — — ad explicandum voci *τάδε* appositum esse: *dasz nämlich diese. . .* Alterum hujus loci anacoluthon pag. 21 attigi. VI, 61, *ἐοῦσαν γάρ μιν τὸ εἶδος φλαύρην ἡ τροφὸς αὐτῆς, οἷα ἀνθρώπων τε ὀλβίων θυγατέρα καὶ δυσειδέα ἐοῦσαν, πρὸς δὲ καὶ ὁρέουσα τοὺς γονέας συμφορὴν τὸ εἶδος αὐτῆς ποιευμένους, ταῦτα ἕκαστα μαθοῦσα ἐπιφράζεται τοιάδε· ἐφόρεε αὐτὴν* — —. Hoc loco St. et Ab. animadverterunt, *ἐοῦσαν* — *μιν* ex verbo *ἐφόρεε* jam hic obversante pendere, et Herodotum accusativo *ἐοῦσαν* — *μιν* negligendo anacoluthon admisisse. VI, 132, *αἰτήσας δὲ νέας* — — — —, *οὐ φράσας* —, *ἀλλὰ φὰς* — —. Initium hujus periodi, quod infra repetitur *λέγων τοιαῦτα αἴτεε τὰς νέας,* extremo capite absolvitur *Ἀθηναῖοι δὲ* — — *παρέδοσαν,* quod idem valet atque *παρέλαβε παρ᾽ Ἀθηναίων.* In hunc locum cfr. pag. 14. Ad haec exempla duo accedant, in quibus propter orationem obliquam

[6]) Quanta in deorum numen pietate fuerit Herodotus, ut cognoscas, adeas Abichtium, Tom. I, pagg. 16, sqq.

infinitivus ad participium conjunctum accedere debebat, III, 121, *καί κως εἴτ᾽ ἐκ προνοίης αὐτὸν καταλογέοντα τὰ Ὀροίτεω πρήγματα, εἴτε καὶ συντυχίη τις τοιαύτη ἐπεγένετο* —. Ad ipsam sententiam conficiendam pertinet (*τόν τε γὰρ κήρυκα* — — — *διαλέγεσθαι, καὶ*) *τὸν Πολυκράτεα* — — — *οὔτε τι μεταστραφῆναι οὔτε ὑποκρίνασθαι.* Scriptor autem ea, quibus sententia, quae abrupta est, perfici debebat, ad praecedens *καταλογέοντα* explicandum adhibuit. Ceterum hoc de loco pag. 30, adn. 8 inspicias. Similiter atque hic locus comparatus est IV, 11, *καὶ δὴ τὰς γνώμας σφέων κεχωρισμένας, ἐντόνους μὲν ἀμφοτέρας, ἀμείνω δὲ τὴν τῶν βασιλέων· τὴν μὲν γὰρ δὴ τοῦ δήμου φέρειν γνώμην, ὡς* — —. Quamquam Kr. *γὰρ δή*, quod est in codicibus, circumscripsit. Sed *τὴν μὲν γὰρ φέρειν* — — contra consilium institutum, ex quo *φέρειν* ad antecedentes accusativos tamquam praedicatum referendum erat, ad illud *κεχωρισμένας* explicandum adhibetur. Lh. autem ad participium *κεχωρισμένας* verbum *εἶναι* intelligit, sed obstat Kr. I, 56, 3, 5.

Post participium absolutum verbum desideratur, III, 53, *ἀπικομένης δὲ ταύτης καὶ λεγούσης,* quod post longiorem orationem rectam, quae proxime sequitur, per *Ἡ μὲν δὴ τά ἐπαγωγότατα* — — — *ἔλεγε πρὸς αὐτόν,* repetitur, cujus quidem contrario *ὁ δὲ ὑποκρινάμενος ἔφη* — — sententia absolvitur. V, 124, *Ἁλισκομένων δὲ τῶν πολίων, ἦν γὰρ ὡς διέδεξε Ἀρισταγόρης* — *ψυχὴν οὐκ ἄκρος, ὃς ταράξας τὴν Ἰωνίην καὶ ἐγκερασάμενος πρήγματα μεγάλα δρησμὸν ἐβούλευε ὁρέων ταῦτα· πρὸς δέ οἱ καὶ ἀδύνατα ἐφάνη βασιλέα Δαρεῖον ὑπερβαλέσθαι. πρὸς ταῦτα δὴ ὦν* — — — *ἐβουλεύετο.* Hanc vocabulorum distinctionem, quae Steinii est, quippe quae ad locum intelligendum optima mihi visa sit, recepi. Schw., Sg., Joh. ante *ὁρέων* comma ponunt, post *ταῦτα* colon. D. et Ab. et ante *ὁρέων ταῦτα* et post illud et post *ὑπερβαλέσθαι* comma habent. Praeterea Kr. pronomen relativum *ὅς* hoc loco delendum esse suspicatus est. Sed relativa illa enunciatio, pro qua primaria esse debebat, ea confirmat, quae ante dicta sunt, Aristagoram acri animo caruisse. Atque alia forma haec enunciatio infra recurrit *πρὸς ταῦτα δὴ ὦν* — — —.

Secundariam enunciationem nulla primaria, cui respondeat, sequitur; cujus anantapodoti duo exempla apud Herodotum inveni, VI, 137, *Πελασγοὶ ἐπεί τε ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὑπὸ Ἀθηναίων ἐξεβλήθησαν.* Sequitur longior oratio, qua, jure an injuria Pelasgi ex Attica expulsi sint, ambigitur; quare ex fine demum hujus

capitis *τοὺς δὲ οὕτω δὴ ἐκχωρήσαντας ἄλλα τε σχεῖν χωρία καὶ δὴ καὶ Λῆμνον,* ut Kr. statuit, vel ex initio consequentis *Οἱ δὲ Πελασγοὶ οὗτοι Λῆμνον τότε νεμόμενοι —,* ut Joh. et Ab. voluerunt, id quod secundariam illam enunciationem subsequi debebat, eliciatur. IX, 84, *Ἐπεί τε δὲ Μαρδονίου δευτέρῃ ἡμέρῃ ὁ νεκρὸς ἠφάνιστο.* Schaeferus et Schw. *ἔπειτεν* pro *ἐπεί τε* legunt, quae permutatio nullius, quantum scimus, codicis auctoritate nititur. Eadem caussa Steinii conjectura *ἐπεί γε δή* rejicienda est, sed lubet fortasse cognoscere, quo modo ille vir hunc locum velit explicatum. Docet igitur, intimam huic enunciationi interesse conjunctionem cum iis, quae proxime antecesserint *καὶ πενταπήχεος ἀνδρὸς ὀστέα ἐφάνη,* et Herodotum, quum ossa illa viri quinque cubitorum Mardonii non fuisse evincat, petere, ut, quod a vulgari hominum fama decesserit, venia sibi detur. Jam Bredovius, qui scripturam *ἐπεί τε δέ* servari jubet, in vocibus *ἔχει δέ τινα φάτιν καὶ Διονυσοφάνης — — θάψαι Μαρδόνιον* potissimum primariam enunciationem contineri judicat [7]). Sed Ab. recte, opinor, animadvertit, logicam institutae periodi continuationem in his, quae propiora sunt, latere *πολλοὺς δέ — — ἤκουσα θάψαι Μαρδόνιον;* sensum enim loci esse: *Nachdem des Mardonius Leichnam verschwunden war, wurde von gar vielen Leuten erzählt, dasz sie ihn bestattet hätten.*

Jam porro ab enunciationibus et periodis, quae ad justum finem non perductae sunt, ad anacolutha nos conferamus, quorum caussa est *Epanalepsis,* quae dicitur. Fit enim saepissime, ut Herodotus, antequam sententia absoluta est, imprimis quum enunciationes quaedam aut enunciationis partes ad aliquid arctius describendum interjectae sunt, ea ipsa repetat, quae jam dicta sunt. Atque quum scriptor epanalepsi utitur, fieri solet, ut ad orationem connectendam usurpet particulas *ὦν* ut I, 69, — *χρήσαντος τοῦ θεοῦ — — — —, ὑμέας ὦν κατὰ τὸ χρηστήριον προσκαλέομαι — —.* VI, 76, — *ὃ ὦν —,* cfr. *οὖν* apud Atticos scriptores, Kr. I, 69, 52, 3; *δή* ut IV, 76, — *καταδὺς ἐς τὴν καλεομένην Ὑλαίην — — —, ἐς ταύτην δὴ καταδὺς — —.* IX, 110, — *φυλάξασα — τὸν ἄνδρα — — βασιλήϊον δεῖπνον προτιθέμενον — — —, ταύτην δὴ τὴν ἡμέρην φυλάξασα — —; δέ* ut III, 34, *λέγεται γὰρ εἰπεῖν — — —, εἰπεῖν δὲ λέγεται —.* Neque tamen desunt loci, ubi ejusmodi quasi nota epanalepsis absit, ut I, 57, *εἰ δὲ χρεών ἐστι τεκμαιρόμενον*

[7]) Quaestionum criticarum de dialecto Herodotea libri quattuor. Lipsiae 1846, pag. 108.

λέγειν τοῖσι νῦν ἔτι ἐοῦσι Πελασγῶν — — —, εἰ τούτοισι τεκμαιρόμενον δεῖ λέγειν, —. VI, 132, *αἰτήσας δὲ νέας — — —, οὐ φράσας — — —, ἀλλὰ φὰς — —, λέγων τοιαῦτα αἴτεε τὰς νέας,* qua de re cfr. Madv. § 216. Jam res ipsa per se conspicua est, non omnes locos, ubi aliqua est repetitio, ad anacolutha referendos esse; neque enim anacoluthon statuere mihi placet, quum ea est repetitio, qua nulla constructionis permutatio efficiatur, ut scriptor ab una structura, antequam in finem perducta est, ad alteram ab illa diversam transierit. Quare plurimi loci Herodotei, in quibus epanalepsis est, legitimam structuram sequi putentur, quorum ratio ea esse soleat, ut aliquid aut eadem forma repetatur aut alia sed idem atque antecedens declarante. Cujus rei exempla nobis satis sit hos locos afferre V, 1, *οἱ Παίονες* bis positum. V, 62, — *Ἀλκμαιωνίδαι.* V, 99, *Ἀρισταγόρης.* I, 68, *ἄν* iteratum, cfr. VII, 139 et Kr. I, 69, 7, 3. III, 152, *καί* repetitum. De *μέν* et *δέ* repetitis infra dicemus. Quae ante dicta sunt alia propinqua forma post recurrit III, 153, — *Ζωπύρῳ τῷ Μεγαβύζου τούτου, — — τούτου τοῦ Μεγαβύζου παιδὶ Ζωπύρῳ —.* VIII, 100, ubi *λογισάμενος ταῦτα* iterat quae antecedunt *ὁρέων μὲν — —, ὑποπτεύων δὲ — —, φροντίσας — —,* Kr. I, 65, 9, 2. II, 15, *Εἰ ὦν βουλόμεθα γνώμῃσι τῇσι Ἰώνων χρᾶσθαι — — —,* quod infra sic exprimitur (*ἀποδεικνύοιμεν ἄν*) *τούτῳ τῷ λόγῳ χρεόμενοι — —.* Sic enunciatio secundaria in structuram participialem abiit IV, 122; V, 115; VI, 76; contra participialis structura repetitur enunciatione secundaria VII, 43, init., quamquam, quod minus mirum videatur, illic subjectum est *τοῦ στρατοῦ* hic *Ξέρξης.* — Una eademque sententia aliter est expressa etiam II, 26, *εἰ δὲ ἡ στάσις ἤλλακτο τῶν ὡρέων, — — —, εἰ ταῦτα οὕτω εἶχε,* cfr. I, 57; I, 69; II, 43; III, 34; IV, 78; V, 99; V, 105, init.; VIII, 67. Sunt quoque apud Herodotum nonnulla exempla, in quibus particulae non eaedem sed aliis at cognatis particulis iterentur, III, 71, — *ὅτι — —, ὡς —,* cfr. IX, 6. — VIII, 76, — *ὡς — —, ἵνα —.* I, 209, — *ὅκως — —, ὡς.* Saepissime autem ad ita repetendum usurpantur pronomina, imprimis demonstrativum *οὗτος,* et adverbia demonstrativa *ἐνθαῦτα, οὕτω, τὸ ἐνθεῦτεν, τότε.* Satis sit afferre I, 82 fin., *μίν,* cfr. III, 126, fin.; IV, 81, fin. VI, 46, *σφέας,* cfr. VII, 147. VII, 197, *οἱ.* I, 32, *αὐτέων.* Cfr. Kr. II, 51, 5, 1. II, 47, *περὶ αὐτοῦ,* cfr. II, 48. V, 62, — *τὸν νηὸν — — —, τοῦτον —.* II, 124, — *ἐκ τῶν λιθοτομιέων — —, ἐκ τούτων* et paullo infra *πρὸς τὸ Λιβυκὸν καλεύμενον οὖρος, πρὸς τοῦτο —.* III, 45,

— οὐδὲ λόγος αἱρέει, τῷ ἐπίκουροί τε μισθωτοὶ καὶ τοξόται οἰκήϊοι ἦσαν πλήθεϊ πολλοὶ, τοῦτον — — ἑσσωθῆναι, Kr. I, 51, 5, 1. V, 119, κατειληθέντες δὲ ὧν οὗτοι ἐνθαῦτα ἐβουλεύοντο —. VIII, 25, Ταῦτα ἐπαγγειλαμένου, μετὰ ταῦτα οὐδὲν ἐγίνετο πλοίων σπανιώτερον, Kr. I, 56, 10, 3. I, 189, — ὡς διαβαίνειν ἐπειρᾶτο ὁ Κῦρος — —, ἐνθαῦτα — τῶν τις ἱρῶν ἵππων — — διαβαίνειν ἐπειρᾶτο. I, 94, ἐπεί τε — —, οὕτω δή. I, 27, Ὡς — — —, τὸ ἐνθεῦτεν. I, 21, ἐπεὰν — —, τότε. V, 55, ἐπεὶ — —, μετὰ ταῦτα. VIII, 37, Ἐπεὶ — —, ἐν τούτῳ, de quibus locis praecipit Kr. I, 65, 9, 1. Sed in his structuris, quarum infinita fere multitudo est apud Herodotum, quarumque genera admodum multa constitui possunt, [8]) fortasse diutius quam par erat commorati sumus, quam ob rem ad anacolutha, unde sumus digressi, redeamus. *Est autem abnormis epanalepsis, quum scriptor in repetendo structuram commutat, ut initio aliam usurpet, in consequentibus aliam et ab illa discrepantem.* Cujus scribendi consuetudinis complura sunt genera [9]).

Uno enim loco id, quod iteratur, non totum sed aliqua tantum ex parte in consequentibus exprimitur, IV, 64, — ἐκ δὲ τῶν χαλινῶν τοῦ ἵππου, τὸν αὐτὸς ἐλαύνει, ἐκ τούτου ἐξάπτει καὶ ἀγάλλεται. Exspectabamus enim ἐκ τούτων, sed prompta fuit scriptori haec permutatio; nam, ut Kr. animadvertit, quod de freno equi suspenditur, id etiam de equo ipso pendeat, necesse est. — Jam ad repetendum pro tertiae personae pronomine adhibetur pronomen personale secundae personae, VII, 10, 8, ἀκούσεσθαί τινά φημι — — —, Μαρδόνιον — — — ὑπὸ κυνῶν τε καὶ ὀρνίθων διαφορευμένον ἤ κου ἐν γῇ τῇ Ἀθηναίων ἤ σέ γε ἐν τῇ Λακεδαιμονίων. Exordio magis consentaneum fuisset τόν γε; quod quidem anacoluthon ex eo optime explicari potest, quod Herodotus finxit, Artabanum ad Mardonium sese convertisse eumque

---

[8]) Hanc legitimam epanalepsin, quam extra fines hujus commentationis est persequi, copiosius tractavit Wendtius in priore parte libelli jam saepius laudati.

[9]) Apud Ciceronem quoque exstant abnormes epanalepses, Verr. Act. I, 18, 53, *Non patiar rem in id tempus duci, ut Siculi, quos adhuc servi designatorum consulum non moverunt, — — —, eos tum lictores consulum vocent.* de Rep. II, 2, 4, *Quod habemus igitur, inquit, institutae reipublicae tam clarum ac tam omnibus notum exordium, quam hujus urbis condendae principium profectum a Romulo? qui patre Marte natus; — — — — is igitur, ut natus sit cum Remo fratre, dicitur ab Amulio — — — ad Tiberim exponi jussus esse.*

ipsum, ut paullo ante, ita hic quoque allocutum esse; atque in iis, quae proxime consequuntur, Mardonium alloquitur Artabanus. Ceterum uno tantum loco apud Herodotum occurrit Homericum illud *ὅ γε,* II, 173, de quo est Kr. II, 69, 15, 1, quocum conferas Kr. II, 69, 15, 2. — Compluribus autem locis vocabulum nominativi l. accusativi casus, quod ad appositionem, quam partitivam dicunt, Kr. I, 57, 8, adn., referendum est, repetitur per genetivum partitivum pronominis *αὐτός* [1]). Cujus usus adnotavi exempla haec, VII, 219, — — *διακριθέντες οἱ μὲν ἀπαλλάσσοντο — —, οἱ δὲ αὐτῶν — — μένειν αὐτοῦ παρεσκευάδατο.* VII, 156, — *Μεγαρέας — — —, τοὺς μὲν αὐτῶν παχέας — — πολιήτας ἐποίησε.* II, 55; V, 87; V, 93. Cum his locis conferas legitimum illum I, 32, *τούτων τῶν ἁπασέων ἡμερέων — — — ἡ ἑτέρη αὐτέων —.* Porro dependens aliquod orationis membrum repetitione fit absolutum, ut aut participium finita verbi forma recurrat, cujus rei jam pagg. 44, 45 exempla allata sunt, I, 77, — — *ἐν νόῳ ἔχων — — — — ἐνένωτο — — στρατεύειν —.* III, 53, cfr. pag. 45, VI, 132, cfr. pag. 44, IX, 111, — — *τίνα μοι λόγον λέγεις ἄχρηστον, κελεύων με γυναῖκα, — — —, ταύτην με κελεύεις μετέντα θυγατέρα τὴν σεωυτοῦ γῆμαι*; qua structura animum loquentis perturbatum ipsa oratione haud sine arte imitatus est scriptor, — aut pronomen relativum nomine repetatur, ad quod refertur, I, 174, *οἰκέουσι — — Λακεδαιμονίων ἄποικοι Κνίδιοι, οἳ — — — τὸ ὦν δὴ ὀλίγον τοῦτο, — —, ὤρυσσον οἱ Κνίδιοι,* si quidem illud *οἵ,* quod editores mei Schweighaeusero et Stegero exceptis receperunt, Bekkerus recte inseruit. Accidit quoque in oratione obliqua, ut id, quod infinitivo expressum est, participio iteretur, II, 111, *ἀναβλέψαντα δὲ συναγαγεῖν τὰς γυναῖκας, — — —, ἐς μίαν πόλιν, ἡ νῦν καλέεται Ἐρυθρὴ βῶλος, ἐς ταύτην συναλίσαντα ὑποπρῆσαι πάσας.* Sic enim ego cum Dietschio et Abichtio distinguo. Reliqui autem colon post vocem *βῶλος* posuerunt [2]).

---

[1]) Cfr. Vigeri librum, pag. 5, adn. 8. Geislerus, pag. 16, quum alia tum haec contulit Xen. Cyr. I, 1, 1; VIII, 8, 16; VI, 3, 34 — *ὑμῶν* —. Thuc. II, 4, quibus locis anacoluthon esse statuo.

[2]) II, 152, *ἐκβάντας δὲ ἐς γῆν καὶ ὁπλισθέντας χαλκῷ ἀγγέλλει τῶν τις Αἰγυπτίων — — —, ὡς χάλκεοι ἄνδρες ἀπιγμένοι ἀπὸ θαλάσσης λεηλατεῦσι τὸ πεδίον.* Hic pro *ἐκβάντας καὶ ὁπλ.* Sg., Lh., Joh. genetivum absolutum desiderant; Ab. et St. statuunt, Herodotum scripturum esse *λεηλατέειν τὸ πεδίον,* et accusativum subjecti nominativo *χάλ-*

Quibus disputatis ex ordine sequi videtur, ut ad ea anacolutha nos convertamus, quae in abnormi quarundam particularum usu sita sunt.

Quo pertinent loci, ubi *duae enunciationes, quum prima comprehensio ita instituta sit, ut altera alteri subjuncta esse deberet, tamen quasi in eodem gradu collocantur, particula adversativa δέ in primaria enunciatione posita; ad quam scribendi consuetudinem proxime accedit, quum particula illa δέ in primaria enunciationis parte sequitur post participium.* Kr. I, 69, 16, 4; II, 69, 17, 4; Madv. § 188, adn. 6; R. § 134, adn. 4, b; Ku. § 738; Matth. § 616, 3; B. pag. 483.

Quae structura apud Homerum frequentissima apud Herodotum latissime patet, neque in Atticorum scriptis plane evanuit; quam quum usurpat scriptor id potissimum sequi videtur, ut quae secundaria sunt majore vi efferantur quam factum esset, si absente particula δέ primariis subjungerentur, de qua re cfr. ea, quae infra in III, 37 afferam; ita autem primaria quoque pars gravior exsistit. Occurrunt etiam loci, in quibus illud δέ sibi respondens μέν habet, ut II, 134; III, 49; IX, 70. — Saepissime autem apud Herodotum enunciatio primaria ab ὁ δέ, ἐγὼ δέ, σὺ δέ proficiscitur, Kr. II, 50, 1, 11. Jam ab hoc toto genere distinguendi sunt loci, ubi illud δέ ad aliud δέ, quod antecessit, repetendum pertinet; neque enim est anacoluthon, quum in duabus comprehensionibus condicionalibus l. relativis, quarum enunciationes primariae a voce demonstrativa exordiantur quaeque inter se oppositae sint, ut prioris periodi non secundaria solum enunciatio sed primaria etiam a particula μέν incipit, sic posterioris periodi enunciationes et secundaria et primaria a δέ; nam in ejusmodi comprehensione, quam compositam dicere liceat, posteriora μέν et δέ gravitatis caussa antecedentia repetunt. Kr. I, 69, 16, 2; II, 69, 17, 3; Madv. § 188, adn. 4; R. § 134, adn. 3, append; Ku. § 733, 5; Matth. § 622, 5; B. pag. 486 [3]).

κεοι ἄνδρες — — — ἀπιγμένοι repetitum esse. Sed recte Kr. locum ad Kr. I, 61, 6, 2 retulisse ideoque comma post vocem χαλκῷ delevisse videtur.

[3]) Illius μέν, μέν — δέ, δέ exemplo sit II, 42, ὅσοι μὲν —, οὗτοι μὲν —. ὅσοι δὲ —, οὗτοι δὲ —, quocum conferantur I, 173, fin. et III, 72, fin., ubi nulla est repetitio. Sed ab hac forma aliae nonnullae deducendae sunt, quae et ipsae ad legitimam structuram referantur, μέν, μέν — δέ, III, 108, ὅσα μὲν —, ταῦτα μὲν —, ὅσα δὲ —. IV, 9, τὸν μὲν —, τοῦτον μὲν — · ὃς δ' — —; μέν — δέ, δέ, I, 171, τούτοισι μὲν —, ὅσοι δὲ —, τούτοισι δὲ —. I, 196, ὅσοι μὲν —, ὅσοι δὲ —, οὗτοι δὲ —; nonnumquam δέ, δέ, II, 111, τῆς δὲ —, ταύτην δὲ —. IV, 66, ὅσοι δὲ, — οὗτοι δὲ —.

Sed tum abnormis fit constructio, quum in enunciatione prioris comprehensionis primaria est non *μέν* sed *δέ* [4]). Eorum autem, quae supra dicta sunt, haec exempla collegi:

I. ubi in simplici comprehensione illud *δέ* sequitur

α). secundariam enunciationem, II, 32, *ἐπεὶ ὦν τοὺς νεηνίας* — — —, *ἰέναι* — — —, *διεξελθόντας δὲ χῶρον πολλὸν* — — — *ἰδεῖν* —, ubi Reiskius legit *εἶπον* pro *ἐπεί*. Bekkerus autem mavult aut *ἐκεῖ* aut *ἐκείνους*, quorum alterum Joh. et Ab. receperunt. St. statuit, aliquid post vocem *ἡλίκων* excidisse. Sed codicum scripturam defenderunt Hermannus, in Vigerum, pag. 783, Schw., Bredovius, pag. 107. II. 134, *ἐπεί τε γὰρ πολλάκις κηρυσσόντων Δελφῶν* — — —, *ἄλλος μὲν οὐδεὶς ἐφάνη, Ἰάδμονος δὲ παιδὸς παῖς ἄλλος Ἰάδμων ἀνείλετο.* Qua auctoritate adductus Ab. *ἔπειτεν* pro *ἐπεί τε* legerit, assequi non possum. Ceterum hujus loci anacoluthon, quod Sg. et Lh. recte agnoverunt, Kr. tollit, quum comma ponat post verbum *ἀνείλετο*, ut primariam enunciationem efficiant haec *οὕτω καὶ Αἴσωπος Ἰάδμονος ἐγένετο*, quae proxime sequuntur. IV, 72, *ἐπεὰν νεκροῦ ἑκάστου παρὰ τὴν ἄκανθαν ξύλον ὀρθὸν διελάσωσι μέχρι τοῦ τραχήλου, κάτωθεν δὲ ὑπερέχει τοῦ ξύλου τούτου, τὸ ἐς τόρμον πηγνύουσι τοῦ ἑτέρου ξύλου* — —. Illud *δέ* exterminavit Ab., circumscripsit St., spurium esse putavit Kr. Ex iis, qui hanc particulam servaverunt, Schw., Tom. V, pag. 241, interpretatur, *postquam lignum — transfixerunt, quum infra emineat pars hujus ligni, hanc partem defigunt in foramen* — — et eodem fere modo suethice Joh., sed rectius Lh. *iam ab imo pars ligni hujus eminet, quam* — — —. IV, 76, — *ἐπεί τε* — — — *ἐκομίζετο ἐς ἤθεα τῶν Σκυθέων, πλώων δὲ δι᾽ Ἑλλησπόντου προσίσχει ἐς Κύζικον.* Illud *δέ*, quod h. l. codicibus satis est confirmatum, circumscripsit Kr., deleverunt St. et Ab. Lh. autem rectissime contulit IV, 72. II, 5, — *τὰ κατύπερθε ἔτι τῆς λίμνης ταύτης* — — —, *τῆς πέρι ἐκεῖνοι οὐδὲν ἔτι τοιόνδε ἔλεγον, ἔστι δ᾽ ἕτερον τοιοῦτο.* Hic *ἔστι ἕτερ. τ.* oppositum est enunciationi proxime antecedenti, quasi scriptum esset *ἐκεῖνοι μὲν οὐδὲν τοιόνδε ἔλεγον περὶ ταύτης.* De hoc loco cfr. pag. 25. IV, 189, *πλὴν γὰρ ἢ ὅτι σκυτίνη ἡ ἐσθὴς τῶν Λιβυσσέων ἐστὶ καὶ οἱ θύσανοι οἱ ἐκ τῶν αἰγίδων αὐτῇσι οὐκ ὄφιές εἰσι, ἀλλὰ ἱμάν-*

---

[4]) De vi et usu particulae *δέ* in apodosi Ph. Buttmannus doctam instituit quaestionem in excursu XII, quem adjunxit editioni suae Demosthenis orationis in Midiam. Berolini 1864.

τινοι, τὰ δὲ ἄλλα πάντα κατὰ τὠυτὸ ἔσταλται. Hoc loco St. *δέ* in *γέ* temere mutavit, quamvis, hic quoque contrarium a scriptore efferri, facile cernatur. III, 108, *ἐπεὰν ὁ σκύμνος ἐν τῇ μητρὶ ἐὼν ἄρχηται διακινεόμενος, ὁ δὲ — — ἀμύσσει τὰς μήτρας.* I, 112, *Ἐπεὶ τοίνυν οὐ δύναμαί σε πείθειν μὴ ἐκθεῖναι, σὺ δὲ ὧδε ποίησον.* V, 40, *Ἐπεὶ —, σὺ δέ.* VII, 51, *ἐπεί τε —, σὺ δέ.* III, 68, *Εἰ μὴ αὐτὴ Σμέρδιν τὸν Κύρου γινώσκεις, σὺ δὲ παρὰ Ἀτόσσης πυθεῦ.* III, 37, *ὃς δὲ τούτους μὴ ὄπωπε, ἐγὼ δέ οἱ σημανέω.* Recte animadvertit Wendtius, pag. 7, hanc latere sententiam, multos esse, qui imagines illas non viderint, Herodotum contra eas nosse itaque alios edocere posse. Atque eadem est ratio loci IV, 99, *ὃς δὲ τῆς Ἀττικῆς ταῦτα μὴ παραπέπλωκε, ἐγὼ δὲ ἄλλως δηλώσω.*

β). participium, I, 143, — *ἀσθενέος δὲ ἐόντος τοῦ παντὸς τότε Ἑλληνικοῦ γένεος, πολλῷ δὲ ἦν ἀσθενέστατον τῶν ἐθνέων τὸ Ἰωνικὸν — —,* quem locum Kr. huc recte retulisse videtur. De altero hujus loci anacolutho adeas pag. 31. II, 180, *Ἀμφικτυόνων δὲ μισθωσάντων τὸν ἐν Δελφοῖσι νῦν ἐόντα νηὸν — — ἐξεργάσθαι (ὁ γὰρ πρότερον ἐὼν αὐτόθι αὐτομάτως κατεκάη, τοὺς Δελφοὺς δὲ ἐπέβαλλε τεταρτημόριον τοῦ μισθώματος παρασχεῖν), πλανώμενοι δὲ οἱ Δελφοὶ περὶ τὰς πόλις ἐδωτίναζον.* Hanc verborum distinctionem, quam Dietschio debeo, expeditissimam esse putavi. Schw., quamquam commodissimum futurum fuisse concedit, si omnia ista *ὁ γὰρ — — παρασχεῖν* signis parentheseos circumdata essent, et Joh. post *ἐξεργ.* et *κατεκάη* colon, post *παρασχ.* punctum ponentes enunciationem primariam a *τοὺς Δελφοὺς δέ* incipere statuunt; sed haec quoque ad explicandum interjecta sunt. Kr. et Lh. post *ἐξεργ.* colon habent, comma post *κατεκ.*, punctum post *παρασχ.* et volunt, h. l. esse anacoluthon eorum consimile, quae pagg. 43, sqq. persecuti sumus. Ab. autem anacoluthon sustulit illud *ὁ γὰρ — κατεκ.* pro parenthesi habens et *δέ* post *Δελφ.* uncis circumscribens. St. in ceteris cum Dietschio conspirans pro *δέ* legit *δή* post *πλανώμενοι.* V, 50, *χρεὼν γάρ μιν μὴ λέγειν τὸ ἐόν, — —, λέγει δ' ὦν.*

II. ubi in compositis comprehensionibus particula *δέ* primarias enunciationes occupat, VII, 160, *εἰ τοῦ μὲν πεζοῦ ὑμεῖς ἡγέοισθε, τοῦ δὲ ναυτικοῦ ἐγώ, εἰ δὲ ὑμῖν ἡδονὴ τοῦ κατὰ θάλασσαν ἡγεμονεύειν, τοῦ πεζοῦ ἐγὼ ἐθέλω.* Kr., quamquam ad illud *εἰ τοῦ μ. — — ἐγώ* cum proxime antecedentibus conjungendum propensus videtur, tamen putat, hunc locum ita

quoque explicari posse, ut ex praecepto ipsius I, 54, 12, 12 apodosis haec *εὖ ἂν ἔχοι* intelligatur, quae sententia cuipiam probabilis videatur, sed, si quid video, nihil impedit, quo minus hoc quoque loco enunciationem primariam per particulam *δέ* inductam esse cum Abichtio existimemus. I, 173, *τέως μὲν δὴ αὐτῶν Σαρπηδὼν ἦρχε, οἱ δὲ ἐκαλέοντο — — —. ὡς δὲ — — Λύκος — — ἀπίκετο —, οὕτω δὴ — — Λύκιοι ἐκλήθησαν.* Illud *τέως* pro *ἕως* usurpatum esse, docet Kr. II, 69, 72, adn. II, 149, *ἀπεὰν μὲν —, ἡ δὲ —, ἐπεὰν δέ.* III, 133, *ὅσον μὲν — χρόνον —, ἡ δὲ —, ἐπεί τε δέ.* IV, 3, *μέχρι μέν —, οἱ δὲ — —· ἐπεὰν δέ.* IV, 165, *ἕως μὲν —, ἡ δὲ —, ἐπεί τε δέ.* Sic scribunt praeter Dietschium Joh. et Ab. Schw. autem Sg., Lh., Kr., St. pro *ἕως* habent *τέως*, de quo cfr. I, 173. IX, 6, *ἕως μὲν —, οἱ δὲ —· ἐπεὶ δὲ —, οὕτω δή.* IX, 63, *ὅσον μέν — χρόνον —, οἱ δὲ —, ὡς δὲ — οὕτω δή.* IX, 70, *ἕως μὲν —, οἱ δ᾽ —, ὡς δέ —, οὕτω δή.* I, 13, — *συνέβησαν — —, ἢν μὲν δὴ τὸ χρηστήριον ἀνέλῃ μιν βασιλέα εἶναι Λυδῶν, τὸν δὲ βασιλεύειν, ἢν δὲ μή, ἀποδοῦναι ὀπίσω ἐς Ἡρακλείδας τὴν ἀρχήν.* III, 36, *εἰ μὲν —, οἱ δὲ —, ἢν δὲ μή.* IV, 65, *ἢν μὲν —, ὁ δὲ —, ἢν δέ.* IV, 68, *ἢν μὲν —, τοῦ δὲ —· ἢν δέ.* IV. 94, *ἢν μὲν —, τοῖσι δὲ —· ἢν δὲ μή.* IV, 126, *εἰ μὲν —, σὺ δὲ —, εἰ δὲ —, σὺ δέ.* V, 1, *ἢν μὲν —, τοὺς δὲ —, ἢν δὲ μή.* VI, 53, *ἢν μὲν —, τοὺς δὲ —, ἢν δέ.* VII, 103, *εἰ —, σὲ δέ —. εἰ δέ.* VIII, 22, *εἰ δὲ —, ὑμεῖς δὲ —· εἰ δέ,* quamquam ut aliis permultis locis, ubi illud *δέ* in secundaria quoque parte occurrit, sic hoc quis putaverit, primariae enunciationis *δέ* ad nihil aliud pertinere nisi ad praecedens illud *δέ* repetendum. II, 39, *τοῖσι μὲν ἂν ᾖ ἀγορὴ — —, οἱ δὲ — — ἀπ᾽ ὧν ἔδοντο, τοῖσι δὲ ἂν μὴ παρέωσι Ἕλληνες, οἱ δ᾽ ἐκβάλλουσι — —.* Haec scriptura, quae Schweighaeuseri, Stegeri, Johanssonii, Steinii est, recepi, quum praesertim, si Dietschio credere licet, codices in priore membro exhibent *οἱ δέ* vel *οἵδε.* Lh. autem et D. et Ab. Bekkerum secuti scripserunt *οἱ μέν.* Attamen Ab. parum sibi constat, quum suam in hunc locum adnotationem scripturae *οἱ δέ* accommodet. Ceterum hoc de loco vide sis pag. 34. VII, 188, *ὅσοι μὲν —, οἱ δ᾽ —· ὅσας δὲ τῶν νεῶν — — —, τὰς μὲν ⁀ τὰς δέ.*

Jam *duae enunciationes, quarum altera alteri subjuncta esse debebat,* ut per particulam *δέ* inter se opponuntur, ita *particula τέ inter se conjungi possunt.* VIII, 101, *σὺ ὦν ἐμοί, καὶ γὰρ περὶ τῆς ναυμαχίης εὖ συνεβούλευσας*

τῆς γενομένης οὐκ ἐῶσα ποιέεσθαι, νῦν τε συμβούλευσον — —. Sine caussa Kr. aut *νυνί* pro *νῦν τε* legi aut *τέ* deleri jubet. St. autem *ἄγε* pro *τέ* dedit. Ab., illud *τέ* antecedenti *καί* respondere, contendit, sed dubium est, num Herodotus *καὶ — τέ* ita usurpaverit, quae conjungendi ratio, si modo apud Graeci sermonis scriptores aliqua est, certe rarissime occurrit, R. § 134, adn. 2, f; Ku. § 726. 3. adn., cfr. tamen Madv. § 185, adn. 3. Neque enim hic valet Kr. I, 69, 32, 11, quod sequitur VIII, 130, init. *καὶ — τε ⁀ καί.* Perverse vero interpretati sunt latine Schw. *tu igitur, quum etiam de pugna navali — —, bene mihi consulueris, — —, nunc quoque suade,* germanice Ab. *Wie du früher mir gut geraten, so tue es auch jetzt;* nam *τέ,* quae est ejus vis, *quoque* l. *auch* significare non potest. Mihi quidem illud *καὶ γάρ etenim* h. l. esse videtur. Kr. I, 69, 32, 21; II, 69, 41, 6.

Particula quoque, quae est *γάρ*, abnormen structuram habet, *fit enim, ut scriptor, quum initium orationis instituerit, quasi duas enunciationes, quarum altera alterius caussam continet, in eodem gradu collocaturus esset, tamen γάρ priori enunciationi inserat, quo fit, ut haec enunciatio alteri quodam modo subjungatur.* Ex qua origine natae mihi videntur structurae, de quibus sunt Kr. I, 60, 4, 2; Madv. § 196, b, not; R. § 134, 8, a, aa; Ku. § 754, 4; B. pag. 465. Atque eorum, qui huc pertinent, locorum duo sunt genera; quum enim membrum aliquod utrique enunciationi commune sit, illud membrum in posteriore enunciatione aut abest aut exprimitur.

Abest autem illud membrum, si in enunciatione antecedente casu obliquo expressum est, IV, 149, *τοῖσι δὲ ἐν τῇ φυλῇ ταύτῃ ἀνδράσι οὐ γὰρ ὑπέμειναν τὰ τέκνα, ἱδρύσαντο — — — ἱρόν.* Perperam Schw. et Sg. post *ἀνδράσι* comma posuerunt. Herodotus hoc fere initio scripturus esse videtur *τοῖσι δὲ ἐ. τ. φ. τ. οὐκ ὑπέμειναν τ. τέκνα ἱδρύσαντο ὧν — — ἱρόν.* IV, 200, *τῶν δὲ πᾶν γὰρ ἦν τὸ πλῆθος μεταίτιον, οὐκ ἐδέκοντο τοὺς λόγους.* V, 92, 2, *ταύτην Βακχιαδέων γὰρ οὐδεὶς ἤθελε γῆμαι, ἴσχει Ἠετίων — —.* Schw. et Sg. comma habent post *ταύτην.* VII, 209, *ἀλλ᾽ αὐτῷ γελοῖα γὰρ ἐφαίνοντο ποιέειν, μετεπέμψατο Δημάρητον.* IX, 109, *τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι, πρὸς ταῦτα εἶπε Ξέρξῃ.* Accedant loci, ubi aut in posteriore tantum membro aut in utroque propter orationem obliquam est infinitivus, II, 101, *Τῶν δὲ ἄλλων βασιλέων οὐ γὰρ ἔλεγον οὐδεμίαν ἔργων ἀπόδεξιν, κατ᾽ οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος, —.* Sic Joh., Lh., Kr. recte distin-

guunt. Schw. autem Sg., D., Ab. post βασιλέων comma perperam posuerunt. St. a codicibus decessit scribens καὶ ουδέν pro κατ' οὐδέν. Putat scilicet, illud παραμειψάμενος ὦν τούτους, quod in capite sequente legitur, ad sententiam perficiendam pertinere. I, 24, καὶ τοῖσι ἐσελθεῖν γὰρ ἡδονὴν — — —, ἀναχωρῆσαι. Si initium ad infinitivum illum ἀναχ. convenienter conformatum esset, scriptum esset καὶ τοὺς, ἐσελθεῖν γὰρ αὐτοῖς ἡδ. — Eodem modo explicandus est I, 27, καί οἱ προσφυέως γὰρ δόξαι λέγειν, πειθόμενον παύσασθαι τῆς ναυπηγίης. Hic St. comma posuit post οἱ. Schw. et Sg. προσφ. — λέγειν parenthesis signis circumscripserunt. VIII, 94, Ταῦτα λεγόντων ἀπιστέειν γὰρ τὸν Ἀδείμαντον, αὖτις τάδε λέγειν. Recte Kr. et St. intellexerunt, illud ταῦτα λεγόντων cum ἀπιστέειν conjungendum esse. Reliqui autem editores comma post λεγόντων habent.

Repetitur communis illa notio per pronomen αὐτός l. οὗτος, si in priore loco nominativi casu expressa est, I, 114, εἷς δὴ τούτων τῶν παίδων συμπαίζων — — — οὐ γὰρ δὴ ἐποίησε τὸ προσταχθὲν ἐκ τοῦ Κύρου, ἐκέλευε αὐτὸν τοὺς ἄλλους παῖδας διαλαβεῖν. Ad hunc locum Waardenburgius: *quod* (= hoc exemplum), inquit, *sic construi possit:* εἷς δὴ τούτων τῶν παιδίων — οὐκ ἐποίησε — · διὸ ἐκέλευε *vel* ἐκέλευε ὦν κ. τ. λ. *Sed quia in* οὐκ ἐποίησε *causa inest, cur eum puniri jusserit Cyrus, statim* γάρ *causale addit, eaque verba* οὐ γὰρ ἐποίησε κ. τ. λ. *quasi in parenthesi ponit, unde fit ut nominativus ille* εἷς δὴ — συμπαίζων *absolute positus videatur* [5]). I, 155, τὰ δὲ νῦν παρεόντα Πακτύης γάρ ἐστι ὁ ἀδικέων, — —, οὗτος δότω τοι δίκην. Kr. recte suspicatus est, illud τὰ παρεόντα ex verbo ἀδικέων pendere, quare Joh., Sg., Lh., D., Ab. comma post παρεόντα ponere non debebant. Praeterea cfr. pagg. 10, 22. IV, 149, Ὁ δὲ παῖς οὐ γὰρ ἔφη οἱ συμπλώσεσθαι, τοιγαρῶν ἔφη αὐτὸν καταλείψειν ὄϊν ἐν λύκοισι. H. l. γάρ repetitur per τοιγαρῶν, quod Kr. tamquam a consuetudine Herodoti abhorrens circumscripsit [6]).

Interdum autem scriptor post verbum dicendi ab particula ὅτι vel ὡς, antequam sententia absoluta est, ad infinitivi constructionem transiit. Kr. I,

---

[5]) De nativa simplicitate Herodoti. Lugduni Batavorum, 1830, pagg. 133, 134.

[6]) Quasi in praetereundo commemorare lubet, apud Herodotum admodum frequentes esse locos, ubi illud γάρ iis praemissum est, ad quae declaranda pertinet, id quod invenies, si adieris I, 8, init. et ea, quae viri docti in hunc locum attulerunt.

55, 4, 10; Madv. § 159, adn. 4; R. § 122, adn. 3; Ku. § 771, 5, b; Matth. § 631, 2, fin.; B. pag. 369.

Hujus generis sunt I, 207, *εἶπον μὲν καὶ πρότερόν τοι, ὅτι ἐπεί με Ζεὺς ἔδωκέ τοι, τὸ ἂν ὁρῶ σφάλμα ἐὸν οἴκῳ τῷ σῷ, κατὰ δύναμιν ἀποτρέψειν.* Haud inepte St. animadvertit, particula *ὅτι* immissa apertum fieri, quo enunciatio *ἐπεί — ἔδωκέ τοι* referenda sit. III, 32, *Αἰγύπτιοι δὲ* (sc. *φασι*) *ὡς τραπέζῃ περικατημένων λαβοῦσαν θρίδακα τὴν γυναῖκα περιτῖλαι καὶ ἐπανειρέσθαι τὸν ἄνδρα.* Cum hoc loco male comparaverunt Lh. et Ab. IV, 137, Sg. I, 70; nam ibi nullum est anacoluthon.

Fit etiam nonnumquam, ut scriptor voces negantes usurpet, quae affinem vocem respiciant, quum nulla ejusmodi vox in antecedentibus expressa sit. Cujus rei duo sunt apud Herodotum exempla, II, 91, *Ἑλληνικοῖσι δὲ νομαίοισι φεύγουσι χρᾶσθαι, τὸ δὲ σύμπαν εἰπεῖν, μηδ᾽ ἄλλων μηδαμὰ μηδαμῶν ἀνθρώπων νομαίοισι.* Nam voces *μηδέ, μηδαμά, μηδαμῶν* usurpantur, quasi ante scriptum esset non *φεύγουσι χρᾶσθαι,* Kr. I, 55, 3, 18; I, 67, 12, 5, sed *φεύγουσι μὴ χρᾶσθαι,* Kr. I, 67, 12, 3. IV, 76, *Ξεινικοῖσι δὲ νομαίοισι καὶ οὗτοι αἰνῶς χρᾶσθαι φεύγουσι, μή τοί γε ὦν ἄλλων, Ἑλληνικοῖσι δὲ καὶ ἥκιστα.* Qui locus similiter atque superior ille explicandus videtur. Ceterum in ipso verborum contextu constituendo editores inter se discrepant. D. docet, scripturam *μή τοί γε ἀλλήλων* libris exhiberi, quam Hermannus, in Vigerum pag. 802, emendavit *μήτοι γε ὦν ἄλλων.* Hermannum autem secuti sunt Lh., Kr., D., quamquam Kr. non negat, illud *ἀλλήλων* ex Kr. I, 51, 3, adn. defendi posse. Schw. dedit *μή τι γε ὦν ἀλλήλων,* quod Matth. § 640, 2 explicat *um nicht zu sagen, unter einander, d. h. nicht nur nicht;* a qua scriptura, quam in nonnullis codicibus esse, Schw. contendit, non multum differt Johanssonii *μή τί γε ὦν ἄλλων.* Ab. codice A nisus *μὴ τοιγαρῶν ἄλλων* scripsit. St. in contextum recepit *μή τοί γε ὦν ἀλλήλων* ille quidem, sed conjecit, legendum esse aut *μήτ᾽ ὅτεων ἄλλων ἐθνέων* l. *ἀνθρώπων* aut *μ. δ. ἄλλων, Ἑλλήνων δὲ καὶ ἥκιστα.* Sg. habet *μή τοί γε ὦν ἀλλήλων.*

Sequantur loci, ubi *duorum membrorum, quae inter se respondere debebant, quum alterum altero destitutum primo adspectu videatur, hoc tamen si non forma at re et sensu in sequentibus contineri diligentius inquirenti appareat.* Veluti particulam *μέν* non semper sequitur respondens *δέ* aut ex Kr. I, 69, 35, 3 cognata vox ut *ἀτάρ* (V, 92, 2), *μέντοι* (III, 135, fin.), *ἀλλά*

(VIII, 46), contrarium tamen in consequente oratione saepe latet. Kr. I, 69, 35, 3; II, 69, 44, 4; Madv. § 188, adn. 5, c; Ku. § 733, 6, b; Th. § 312, 17. Fit quoque nonnumquam, ut ex duobus orationis membris, quorum alterum per *τέ* efferendum erat, alterum per *καί,* illud tantum rite expressum occurrat, hoc autem consequente structura, quae ab initio deflexit, obrutum sit. — In quibus anacoluthis ex eadem periodo alterum membrum repetere non semper licet, fit enim, ut abrupta periodo sententia alia demum, quae sequitur, comprehensione absolvatur [7]).

Atque primum fiat mentio locorum, in quibus talia anacolutha in adversativas particulas *μέν* — *δέ* cadunt, I, 7, fin. *ἄρξαντες μὲν ἐπὶ δύο τε καὶ εἴκοσι γενεὰς ἀνδρῶν.* Hujus membri contrarium sic fere conformandum erat *καταλυθέντες δὲ ὧδε;* hoc tamen in sequente oratione continetur, quae concluditur capite 14, *Τὴν μὲν δὴ τυραννίδα οὕτω ἔσχον οἱ Μερμνάδαι τοὺς Ἡρακλείδας ἀπελόμενοι.* III, 127, *ἐκ μὲν δὴ τῆς ἰθέης στρατὸν ἐπ᾽ αὐτὸν οὐκ ἐδόκεε πέμπειν* —. Exspectabatur *ἐμηχανήσατο δὲ τάδε,* sed ea, quae interjecta sunt, effecerunt, ut scriptor aliter deduceret orationem *πρὸς ταῦτα δὴ ὦν ὁ Δαρεῖος τάδε ἐμηχανήσατο.* IV, 74, *καὶ ἐξ αὐτῆς Θρήϊκες μὲν καὶ εἵματα ποιεῦνται τοῖσι λινέοισι ὁμοιότατα.* Illud *μέν* jam Reiskio suspectum Kr. circumscripsit. St. autem et Ab. intellectum volunt hoc contrarium *Σκύθαι δὲ οὔ,* et Ab. cum hoc loco contulit III, 3, *ἐμοὶ μὲν* — —, sed haud scio an Lh. recte judicaverit, alterum membrum ex consequentibus repetendum esse; atque ego quidem puto, *ἄλλοι δὲ οὔ* significatum saltem esse vocibus *οὐδ᾽ ἄν, ὅστις μὴ κάρτα τρίβων εἴη αὐτῆς, διαγνοίη* — et paullo infra *ὃς δὲ μὴ*

---

[7]) De *μέν* confirmativo, quod significationem formae *μήν* servavit, copiosius disputare a re nobis proposita est alienum. Cujus usus praecepta et exempla invenies haec: Kr. I, 69, 35, 1; II, 69, 44, 1—2; R. § 133, adn. 2; Ku. § 697; Matth. § 605, fin.; Th. § 302, adn. 9; II, 20, *ἀλλὰ — μέν;* III, 67, *μὴ μέν;* III, 133, *ἦ μέν;* IV, 205, *οὐ μὲν οὐδέ;* V, 92, 5, in oraculi responso, — *γε μέν;* VI, 98, *καὶ — μέν.* Neque longus esse volo de *μέν* solitario, cujus contrarium ne permutata quidem structura expressum est. De quo adeas Kr. I, 69, 35, 2; Madv. § 188, adn. 5, d; R. § 134. 6, a, cc, *β;* Ku. § 734; Matth. § 622, 6. Exempla autem habes *μέν* solitarii ad pronomen personale positi VII, 24, *Ὡς μὲν ἐμὲ συμβαλλόμενον εὑρίσκειν.* IV, 16; VIII, 66, quibuscum conferas VII, 50, 1, *δοκέω μὲν οὐδαμῶς;* contrarium vero diserte exprimitur IV, 42, — *ἐμοὶ μὲν οὐ πιστά, ἄλλῳ δὲ δή τεῳ* — et V, 86; ad pronomen demonstrativum V, 31, *ταῦτα μὲν γὰρ δίκαια ἡμέας τοὺς ἄγοντας παρέχειν;* aliter III, 119, *Εἰ μὲν δή μοι διδοῖ βασιλεὺς ἑνὸς τὴν ψυχήν, αἱρέομαι ἐκ πάντων τὸν ἀδελφεόν.*

εἶδέ κω τὴν καννάβιδα. V, 49, *σπουδὴν μὲν τὴν ἐμὴν μὴ θωυμάσῃς τῆς ἐνθαῦτα ἀπίξιος.* Id, quod huic monito respondet, continetur in iis, quae paullo infra leguntur *νῦν ὦν πρὸς θεῶν τῶν Ἑλληνίων ῥύσασθε Ἴωνας ἐκ δουλοσύνης.* V, 98, *Ἀρισταγόρης — —, ἐξευρὼν βούλευμα, ἀπ᾽ οὗ Ἴωσι μὲν οὐδεμία ἔμελλε ὠφελείη ἔσεσθαι (οὐδ᾽ ὦν οὐδὲ τούτου εἵνεκεν ἐποίεε, ἀλλ᾽ ὅκως βασιλέα Δαρεῖον λυπήσειε), ἔπεμψε —.* Contrarium illius *Ἴωσι μὲν οὐδ. ὠφελείη,* quod esse vult St. *τῷ δὲ βασιλέι Δαρείῳ λύπη,* repetatur ex *ἀλλ᾽ ὅκως — —,* quod respondet antecedenti *οὐδ᾽ ὦν — — ἐποίεε.* VIII, 60, ***Τότε μὲν ἠπίως πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο — —.*** Sequitur autem longior oratio recta, quo factum est, ut hujus membri contrarium in ipsa oratione minus distincte exsistat; nam id, quod vere est contrarium, capite demum 61 continetur *τότε δὴ ὁ Θεμιστοκλέης ἐκεῖνόν τε καὶ τοὺς Κορινθίους πολλά τε καὶ κακὰ ἔλεγε,* ubi Valckenaerius codicibus invitis scribi jussit *τότε δὲ δή.* VIII, 70, *ἀρρώδεον δὲ, ὅτι αὐτοὶ μὲν ἐν Σαλαμῖνι κατήμενοι ὑπὲρ γῆς τῆς Ἀθηναίων ναυμαχέειν μέλλοιεν, νικηθέντες τε ἐν νήσῳ ἀπολαμφθέντες πολιορκήσονται, ἀπέντες τὴν ἑωυτῶν ἀφύλακτον.* Hunc locum miror ab editoribus meis aut praetermissum esse aut leviter attactum. Schw. hoc tantum animadvertit: *δὲ malles* (quam *τέ*)*: sed nil mutant libri.* Ab. statuit, illud *τέ* antecedenti *μέν* respondere, quod ut probaret, contulit VIII, 40; sed neutro loco *μέν* et *τέ* inter se respondent. Hoc quidem loco *τέ* ad nihil aliud pertinet nisi ad prius membrum continuandum, cujus contrarium in *ἀπέντες τὴν ἑωυτῶν ἀφύλακτον* latere, mihi persuasi.

Deinde ad eos locos transgrediamur, ubi prius membrum *τέ* habet, I, 117, — *φάς σέ τε εἶναι τὸν κελεύοντα ἀποκτεῖναι αὐτό.* Post illud *τέ* alterum membrum desideratur, quod et ipsum ex verbo *φάς* pendere debebat; atque St., quem ipsum adeas, iis ductus, quae capite 110 continentur, sententiam scite perfecit *καί σε διαχρήσεσθαι αὐτὸν ὀλέθρῳ τῷ κακίστῳ ἢν μὴ ἀποκτείνῃ αὐτό,* quod quodam modo continetur in his *ἀπειλήσας παντοῖα τῷδε, ἢν μὴ τάδε ἐπιτελέα ποιήσῃ.* Ab. hyperbaton, quod dicunt grammatici, statuit, ut illud *τέ* ad *φάς* referendum esse putet. III, 139, — *ἄλλοι τε συχνοὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπίκοντο Ἑλλήνων, οἱ μὲν, ὡς οἰκὸς, κατ᾽ ἐμπορίην, οἱ δὲ στρατευόμενοι, οἱ δέ τινες καὶ αὐτῆς τῆς χώρης θεηταί, τῶν ἦν καὶ Συλοσῶν — —.* Hic posterius membrum iis, quae ad prius illud *ἄλλοι συχνοὶ Ἑλλήνων* definiendum pertinent, adjunctum est, quum ex legitimo ordine sic conformari

potuisset *καὶ δὴ καὶ Συλοσῶν,* quae structura a dictione Herodotea non est aliena, ut ex I, 29, *ἀπικνέονται — — ἄλλοι τε οἱ πάντες — σοφισταὶ — —, καὶ δὴ καὶ Σόλων —;* III, 61; III, 62; aliis locis apparet [8]).

Nonnumquam autem scriptor unum ex duobus orationis membris, quae inter se respondere debebant, negligens consequentem orationem ita instituit, ut alterum membrum novo atque ab illo diverso respondeat. Ita V, 117, *Δαυρίσης μὲν — — εἷλε μὲν Δάρδανον, εἷλε δὲ — —* capite demum 122 membrum habet respondens *Ὑμέης δὲ — — — εἷλε Κίον τὴν Μυσίην,* sed hoc opponitur proxime antecedentibus, cap. 121, *οὗτοι μέν νυν τῶν Περσέων οὕτω διεφθάρησαν.* VII, 121, *μέχρι μὲν γὰρ Ἀκάνθου ὧδε τεταγμένος ὁ στρατὸς ἐκ Δορίσκου τὴν ὁδὸν ἐποιέετο.* In sequentibus Herodotus in itineribus copiarum navalium describendis potissimum versatur, quam descriptionem cap. 124 ita concludit *Ὁ μὲν δὴ ναυτικὸς στρατὸς αὐτοῦ περὶ Ἀξιὸν ποταμὸν — — — ἐστρατοπεδεύετο,* cujus contrarium *Ξέρξης δὲ καὶ ὁ πεζὸς στρατὸς ἐπορεύετο ἐκ τῆς Ἀκάνθου τὴν μεσόγαιαν τάμνων τῆς ὁδοῦ, βουλόμενος ἐς τὴν Θέρμην ἀπικέσθαι* membro illi, quod in cap. 121 est, opponendum erat.

Fit quoque apud Herodotum, ut ea respondendi ratio, quae duobus membris instituta erat, turbetur, quum alterum membrum non toti uni sed alicui tantum ejus parti respondeat. Cujus generis exempla haec duo inveni I, 65, *τὸ δὲ ἔτι πρότερον τούτων καὶ κακονομώτατοι ἦσαν σχεδὸν πάντων Ἑλλή-*

---

[8]) Sunt autem loci, quos ab nonnullis editoribus parum recte hic collocatos censeam, II, 171, *περὶ μέν νυν τούτων εἰδότι μοι ἐπὶ πλέον, ὡς ἕκαστα αὐτῶν ἔχει, εὔστομα κείσθω.* H. l. Lh. duas explicandi rationes proposuit; nam contrarium quaerendum esse putat aut ex *πλὴν ὅσον αὐτῆς ὁσίη ἐστὶ λέγειν,* quod infra legitur, aut ex initio capitis consequentis *Ἀπριέω δὲ ὧδε καταραιρημένου ἐβασίλευσε Ἄμασις.* Atque hanc explicationem, quae Kruegeri quoque est, illi praeferendam existimo, quia *πλὴν ὅσον — — —* nihil aliud respicit nisi id, quod scriptor de Cereris sacris paullo supra dixit, *καὶ τῆς Δήμητρος τελετῆς πέρι — — — μοι — εὔστομα κείσθω,* quod potius cum antecedentibus conjunctum quam iis oppositum voluisse videtur Herodotus. VII. 49, 1, 2, *οὔτε γὰρ τῆς θαλάσσης ἐστὶ λιμὴν τοσοῦτος οὐδαμόθι, — — — —. γῆ δὴ πολεμίη τῇδέ τοι κατίσταται.* Sic Kr. et Ab. Wesselingio suadente legunt, quam scripturam unus codex exhibet. Neque vero video, cur vulgatum illud *δέ,* quod fere omnes libri habent quodque reliqui editores receperunt, necesse sit, repudiamus. Quamquam St., lacunam esse post vocabulum *γῆ,* suspicatur; neque vero, licet haud sine pondere sint argumenta, quae attulit, locum, ad quem infra revertemur, ad hoc anacoluthorum genus referre ausus sum.

νων κατά τε σφέας αὐτοὺς καὶ ξείνοισι ἀπρόσμικτοι. Puto enim, illud *τέ* contra consilium ab Herodoto initum accessisse, itaque scriptorem initio voluisse, ut *καί — καί* inter se responderent. Aliter tamen de illo *καί* ante *κακον.* judicaverunt Kr., qui legentes adire jubet Kr. I, 69, 32, 18, et Ab., qui interpretatur *vel.* V, 62, — *τόν τε νηὸν ἐξεργάσαντο τοῦ παραδείγματος κάλλιον τά τε ἄλλα, καὶ συγκειμένον σφι πωρίνου λίθου ποιέειν τὸν νηὸν Παρίου τὰ ἔμπροσθε αὐτοῦ ἐξεποίησαν.* Eltzius codicibus dissuadentibus *τόνδε* pro *τόν τε* scripsit et Kr. *τέ* uncis circumdedit. Neque tamen ulla admittenda est mutatio; nam hoc quoque loco Herodotus ab incepta scribendi ratione deflexit, quum *καὶ — ἐξεποίησαν,* quod illi *τόν τε νηὸν ἐξεργάσαντο* respondere debebat, ad secundaria *τά τε ἄλλα* referret. — De hoc loco pag. quoque 32 adeas.

Jam porro duarum communium et inter se respondentium locutionum ὁ μὲν — ὁ δέ, τοῦτο μὲν — τοῦτο δέ, consimilium una tantum expressa est, altera aut desideratur aut cum cognata locutione commutata est. Cujus quidem usus exstat apud Herodotum infinita paene exemplorum copia, quorum haec tantum afferam in hunc ordinem redacta.

Solet igitur fieri, ut priore loco occurrat ejusmodi respondens locutio, in qua est *μέν,* posteriore autem particula *δέ* sola, III, 106, 107, *τοῦτο μὲν γὰρ πρὸς τὴν ἠῶ ἐσχάτη τῶν οἰκεομένων ἡ Ἰνδική ἐστι,* cui respondet *Πρὸς δ᾽ αὖ μεσαμβρίης ἐσχάτη Ἀραβίη τῶν οἰκεομένων χωρέων ἐστὶ —,* et sic etiam VII, 176, de quibus locis conferas Matth. §. 288, adn. 2, fin. et Hermannum in Vigerum, pag. 702. IV, 38, *ἔνθεν μὲν — — — τὰ πρὸς βορέην — —, τὰ δὲ πρὸς νότον —.* Saepe autem priore loco usurpatum est *ὁ μέν,* posteriore pro *ὁ δέ* illud ipsum nomen, de quo agitur, Kr. I, 50, 1, 3; Ku. § 732, 3, a, adn. 2; Matth. § 288, adn. 5; B. pag. 308; Th. § 312, 22. V, 94, *ἐπολέμεον — — — Μυτιληναῖοί τε καὶ Ἀθηναῖοι, οἱ μὲν — — —, Ἀθηναῖοι δὲ — —;* VI, 19; IX, 61; VIII, 74, — *οἱ μὲν, — — —, Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Αἰγινῆται καὶ Μεγαρέες —,* de quo loco cfr. pagg. 14, 15. II, 17, — *ἡ μὲν πρὸς ἠῶ τράπεται, — —, ἡ δὲ ἑτέρη τῶν ὁδῶν πρὸς ἑσπέρην ἔχει.* VII, 233, — *τοὺς μέν τινας — —, τούς δὲ πλεῦνας αὐτῶν —.* VIII, 32; VIII, 137, — *ὁ μὲν —, ὁ δὲ —, ὁ δὲ νεώτατος —.* I, 59, — *τῶν μὲν — —, τῶν δὲ ἐκ τοῦ πεδίου —.* Neque raro fit, ut *ἄλλοι δέ* l. *ἕτεροι δέ* illi *οἱ δέ* substituatur. Kr. I, 50, 1, 10; Ku. § 732, 3, a, adn. 1; Matth. §

288, adn. 6; B. pag. 309; Th. § 312, 22. II, 124, *τοῖσι μὲν* — — *δὲ* — — *ἑτέροισι* —. VII, 177, — *αὐτῶν οἱ μὲν* — —, *ἄλλοι δὲ* —. IV, 94. Jam ex duabus inter se respondentibus locutionibus una adverbio et particula *μέν* exprimitur, altera ita instituta est, ut praepositio cum nomine particulae *δέ* adjungatur, qui usus his exemplis illustretur I, 72, — *ἔνθεν μὲν* — —, *ἐξ εὐωνύμου δέ.* IV, 40; neque his locis dissimilis videtur I, 106, *χωρὶς μὲν γὰρ φόρον ἔπρησσον παρ᾽ ἑκάστων τὸ ἑκάστοισι ἐπέβαλλον, χωρὶς δὲ τοῦ φόρου ἥρπαζον* — — *τοῦτο, ὅ τι ἔχοιεν ἕκαστοι.* Quod codices *φόρων* pro *φόρον* praebere videntur, illa scriptura in omnibus, quas adii, editionibus Schweighaeuseriana et Stegeriana exceptis jure sine dubio ex contextu exulavit. Dietschii autem scripturam, quae Reiskio debetur, Lh. et St. receperunt idque recte, qui enim soni facilius quam literarum *ο* et *ω* inter se permutari potuerunt? Joh. tamen Dindorfium *φόνων* scribentum secutus est, Kr. autem illud *τοῦ φόρου* circumsripsit, Ab. *πολλὸν μὲν γὰρ φόρον* dedit. — Post locutiones, quales sunt *πρῶτον μέν, πρῶτα μέν,* scriptor in posteriore loco structura participiali usus est, IV, 199, *πρῶτα μὲν γὰρ τὰ παραθαλάσσια τῶν καρπῶν ὀργᾷ ἀμᾶσθαί τε καὶ τρυγᾶσθαι· τούτων δὲ δὴ συγκεκομισμένων* — — *τὰ μέσα ὀργᾷ συγκομίζεσθαι.* Sic legunt omnes praeter Dietschium et Abichtium, qui — *τε δή* scripturae *δὲ δή* praetulerunt, sed ad illud *τέ* confirmandum nullius codicis auctoritatem inveni prolatam. VIII, 53, *πρῶτον μὲν ἐτράποντο πρὸς τὰς πύλας, ταύτας δὲ ἀνοίξαντες τοὺς ἱκέτας ἐφόνευον.* Cfr. VII, 42, 43. — Etiam relativa enunciatio altero loco occurrit, cujus rei mentionem facit Matth. § 288, adn. 6. V, 37, — *τοὺς μὲν ἐξελαύνων τῶν τυράννων, τοὺς δ᾽ ἔλαβε τυράννους* — —, *τούτους δὲ* — — *ἐξεδίδου,* quo de loco vid. pag. 29.

Accidit quoque, ut posteriore loco usurpetur *οἱ δέ* l. consimile quid, quum nulla respondens locutio cum *μέν* antecedat, Kr. I, 50, 1, 12; II, 50, 1, 8; Ku. § 735, 2; Matth. § 288, adn. 4; B. pag. 309. Th. § 312, 22. I, 75, fin., *οἱ δὲ* — — *λέγουσι* —. IV, 45; V, 41; VII, 25, fin., ubi St. recte animadvertit, Herodotum a dicendo de frumento ad singula loca comportato procedere ad ipsum subjectum verbi *ἀγίνεον* dividendum; IX, 73; IX, 120; II, 131, *οἱ δέ τινες* —. IV, 94, *οἱ δὲ αὐτῶν* —. V, 98, *οἱ δέ τινες αὐτῶν* — [9]).

---

[9]) A Bernhardyo, pag. 310, adn. 374, collatum est Caes. D. B. G. I, 8, *Helvetii,* — —, *navibus junctis ratibusque compluribus factis, alii vadis Rhodani,* — — — —, *si perrumpere possent, conati,* — — —, *hoc conatu destiterunt.*

VIII, 130, *αἱ δὲ τῶν νεῶν* —. IV, 20, *τὰ δὲ αὐτῶν κατήκουσι ἐπὶ ποταμὸν Τάναϊν.* Lh. sic interpretatur *mit einem andern Theile ihres Landes erstrecken sie sich an den Tanais.* Idem docet, voces *τὰ δὲ αὐτῶν* antecedentibus *τὸ μὲν πρὸς μεσημβρίην* et *τὸ δὲ πρὸς ἠῶ* respondere, id quod etiam Schweighaeusero et Kreugero probatur. Aliter St. et Ab. hunc locum explicant, illud *τ. μ. ἀ.* subjectum verbi *κατήκουσι* esse, statuentes, quae ratio, etiamsi quum Graeco sermone tum oratione Herodotea comprobari potest, tamen illa deterior mihi visa est. VI, 105; de hoc et superiore exemplis adeas Kr. I, 50, 1, 15. VIII, 115, *τοὺς δέ.* V, 45, *τοῦτο δέ.* VIII, 60, 1; IX, 27. Hoc tamen loco Schw. et Sg. legunt *τοῦτο μέν* ante *τούτους πρότερον,* quod supra est; quae scriptura omnium codicum est Sancroftiano excepto. Sed is codex melioris est notae, ut Kr. monet. Quare illud *τοῦτο μέν,* quod molestum saltem locum obtinet, reliqui editores Schaefero obsecuti ejecerunt. VI, 94, *ἅμα δέ.* Deinde exempla sequantur, ubi priore loco illi *ὁ μέν* substitutum est aut nomen, VI, 68, *Λευτυχίδης μὲν* — —, *οἱ δὲ* —, quocum conferas II, 63, *οἱ μὲν* — *ὀλίγοι* —; IX, 44, *οἱ μὲν πλεῦνες* —. VIII, 36, *οἱ μὲν πλεῖστοι* —. VIII, 41; aut adjectivum, qualia sunt II, 125, — *μετεξέτεροι* —. VIII, 8, — *ἄλλα* [1]).

Occurrunt autem loci, ubi communium illarum locutionum abnormis exsistat usus, quum tota oratio saepissime per epanalepsin aliter atque instituta erat deducta sit. Ad quod genus referendos puto II, 8, *τῇ μὲν γὰρ τῆς Ἀραβίης οὖρος παρατέταται,* —. Deinde Herodotus in hoc monte describendo versatur, quam quidem descriptionem ita breviter comprehendit *τοῦτο μέν νυν τὸ οὖρος τοιοῦτό ἐστι,* cui respondet id, quod illius *τῇ μέν* contrarium efficere debebat, *τὸ δὲ πρὸς Λιβύης τῆς Αἰγύπτου οὖρος ἄλλο πέτρινον τείνει.* III, 108, *τοῦτο μὲν, ὅτι ὁ λαγὸς* —. Haec sententia repetitur per *τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτό ἐστι,* cui obsequitur *ἡ δὲ δὴ λέαινα* —, ubi *τοῦτο δέ* antecedenti *τοῦτο μέν* respondens exspectabamus. IV, 76, *τοῦτο μὲν γὰρ Ἀνάχαρσις,* —. Postea oratio diffusior facta est, quam ut *τοῦτο δέ* recta via sequi satis commode posset, quare in ex–

[1]) Hic locum attingere mihi lubet, quem huc relatum esse nollem; legitur enim I, 163, *καὶ γὰρ καὶ ἡ περίοδος τοῦ τείχεος οὐκ ὀλίγοι στάδιοί εἰσι, τοῦτο δὲ πᾶν λίθων μεγάλων καὶ εὖ συναρμοσμένων.* St. et Ab. dicunt, *τοῦτο δέ* respicere *τοῦτο μέν,* quod antecedere deberet, pro quo *καὶ γὰρ καί* positum esse. Sed simplicius equidem statuere videor, *τοῦτο* idem atque *τὸ τεῖχος* significare ob eamque rem locum legitima ratione esse compositum; atque Schw. recte interpretatur: *et totus hic murus ex magnis lapidibus, eisque bene coaptatis, est exstructus.*

tremo, quod sequitur, capite unum illud membrum repetitur per *οὗτος μέν νυν οὕτω δή τι ἔπρηξε* —, cui, cap. 78, inservit contrarium *Πολλοῖσι δὲ κάρτα ἔτεσι ὕστερον Σκύλης* — —. VI, 36, *ὁ δὲ πρῶτον μὲν ἀπετείχισε τὸν ἰσθμὸν* —, cujus contrarium, cap. 37, in his continetur (*Ἀποτειχίσας ὦν τὸν αὐχένα τῆς Χερσονήσου ὁ Μιλτιάδης* —) *τῶν λοιπῶν πρώτοισι ἐπολέμησε Λαμψακηνοῖσι.* VI, 105, *Καὶ πρῶτα μὲν ἐόντες ἔτι ἐν τῷ ἄστεϊ οἱ στρατηγοὶ ἀποπέμπουσι ἐς Σπάρτην κήρυκα Φειδιππίδην,* cujus contrarium capite demum 109 sequitur *Τοῖσι δὲ Ἀθηναίων στρατηγοῖσι ἐγίνοντο δίχα αἱ γνῶμαι,* quod grammatica ratione illi *πρῶτα μὲν* — — — non respondet; attamen re et sensu idem valet atque *μετὰ δὲ ἐβουλεύοντο* —. VI, 125, *τοῦτο μὲν γὰρ Ἀλκμαίων* — — *τοῖσι* — *Λυδοῖσι* — — *συμπρήκτωρ τε ἐγίνετο καὶ συνελάμβανε προθύμως,* cujus contrarium est, cap. 126, *μετὰ δὲ,* — —, *Κλεισθένης μιν* — — *ἐξήειρε* —; sed haec respiciunt antecedentia, cap. 125, *οὕτω μὲν ἐπλούτησε ἡ οἰκίη αὕτη μεγάλως,* —. VII, 22, *Καὶ τοῦτο μὲν* — — *προετοιμάζετο* — — *ἐς τὸν Ἄθων,* cui respondet, cap. 25, (*Ταῦτα μέν νυν οὕτω ἐποίεε*), *παρεσκευάζετο δὲ καὶ ὅπλα ἐς τὰς γεφύρας* —. IX, 26, init., *τοῦτο μὲν οἱ Τεγεῆται ἔλεγον τάδε,* quod cap. 27, init. repetitur per *Οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον,* quod sequitur contrarium *Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς ταῦτα ὑπεκρίναντο τάδε.* IX, 74, *διξοὺς λόγους λεγομένους ἔχει, τὸν μὲν ὡς* —, hoc autem infra recurrit *οὗτος μὲν οὕτω λέγεται,* cui respondet *ὁ δ᾽ ἕτερος τῶν λόγων* — — — *λέγεται, ὡς* —. IX, 85, *ἔνθα μὲν τοὺς ἰρένας ἔθαψαν,* id quod per *ἔνθα δέ* efferendum erat, sic conformatum est *ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ οἱ ἄλλοι Σπαρτιῆται, ἐν δὲ τῷ τρίτῳ οἱ εἵλωτες,* quod obsequitur antecedenti *ἐν μὲν δὴ ἑνὶ τῶν τάφων ἦσαν οἱ ἰρένες.* Kr. suspicatur, pro *ἔνθα* legendum esse *ἐν τῇ,* sed vel sic locus huc pertinet.

Fit autem interdum, ut scriptor a duorum membrorum conjunctione ad oppositionem transeat, ut uno quidem loco τέ l. *οὔτε usurpet, altero δέ* l. *οὐδέ.* Kr. I, 69, 16, 6; Madv. § 185, adn, 5; R. § 134, adn. 1, a; Ku. § 722, 5; Matth. § 626; Th. § 312, 20 [1]).

Atque primum de locis, ubi *δέ* post *τέ* sequitur, instituamus quaestionem. I, 153, — *Αἰγύπτιοι, ἐπ᾽ οὓς ἐπεῖχέ τε στρατηλατέειν αὐτὸς, ἐπὶ δὲ Ἴωνας*

---

[1]) Ceterum hac de re copiosius disputaverunt Hartungius, Lehre von d. Partikeln d. gr. Spr., Tom. I, pagg. 92—95, et Klotzius in Devarii librum de Graecae linguae particulis, Tom. II, pagg. 741 sq.

ἄλλον πέμπειν στρατηγόν. Hoc loco, de quo vid. etiam pag. 40, duo illa membra ipsa per se ea sunt, quae inter se aptius opponantur quam conjungantur, si quidem oppositi sunt *αὐτός* et *ἄλλος στρατηγός.* II, 12, *ἰδών τε τὴν Αἴγυπτον προκειμένην τῆς ἐχομένης γῆς,* — — — quod exemplum cum proxime antecedente recte contulisse mihi videtur Lh.; nam illi *τέ* respondet *πρὸς δὲ τῇ χώρῃ* —. De hoc quoque loco supra pag. 40 mentio facta est. II, 33 versatur Herodotus in demonstrando, Nilum in eadem, quam nos dicimus, linea meridionali oriri qua Istrum. Quod ex compluribus similitudinibus, quas constat inter haec flumina intercedere, concludit. Primum enim Ister ab occidente initium habet et mediam secat Europam: *Ἴστρος τε γὰρ ποταμὸς ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν καὶ Πυρήνης πόλιος ῥέει μέσην σχίζων τὴν Εὐρώπην.* Similiter Nilus supra dicitur per mediam Africam, cap. 33, et ab occidente orientem versus, cap. 31, fluere. Deinde Ister in mare Ponti Euxini influit ad Istriam, quae urbs ostiis Nili est adversa, *τελευτᾷ δὲ ὁ Ἴστρος* — —, quocum cfr. cap. 34 fin. III, 26, — *γενέσθαι τε αὐτοὺς μεταξύ κου μάλιστα αὐτῶν τε καὶ τῆς Ὀάσιος, ἄριστον δὲ αἱρεομένοισι αὐτοῖσι ἐπιπνεῦσαι νότον* —. Hoc tamen loco Schw., Sg., St., Ab. illud *δέ* exterminaverunt, fortasse haud sine jure; abest enim in codice Mediceo. VIII, 103, *Ἥσθη τε δὴ τῇ συμβουλίῃ Ξέρξης,* cui respondet *ἐπαινέσας δὲ τὴν Ἀρτεμισίην* — *ἀποστέλλει* —. IX, 19, *ὡς δὲ ἄρα ἀπίκοντο τῆς Βοιωτίης ἐς Ἐρυθρὰς, ἔμαθόν τε δὴ τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ στρατοπεδευομένους, φρασθέντες δὲ τοῦτο ἀντετάσσοντο* —. Sic praeter Dietschium legunt Joh. et Ab.; reliqui *τέ* pro *δέ.* Exstat tamen haec scriptura, ut Schw. auctor est, in codice Florentimo. Utut vero scripturae codicum se habent, illud *φρασθέντες δέ* a sermone Herodoteo minime abhorret, id quod ex multis exemplis haec tantum conferens invenies I, 8, init.; I, 189, fin.; VI, 118; IX, 2, fin.; IX, 11, fin. IX, 57, *Ἀμομφάρετος δὲ ἀρχήν τε* — — *περιείχετο* — *μὴ ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν. προτερεόντων δὲ τῶν σὺν Παυσανίῃ,* — — *ἦγε* —, ubi Kr. illud *τέ* circumscripsit.

Deinde reperiuntur loci, ubi *οὔτε* et *δέ* inter se respondent, I, 108, *οὔτε ἄλλοτέ κω παρεῖδες ἀνδρὶ τῷδε ἄχαρι οὐδὲν, φυλασσόμεθα δὲ ἐς σὲ καὶ ἐς τὸν μετέπειτεν χρόνον μηδὲν ἐξαμαρτεῖν.* St. illud *δέ* in *τέ* male mutavit. VII, 49, 1, 2, *οὔτε γὰρ τῆς θαλάσσης ἐστὶ λιμὴν τοσοῦτος οὐδαμόθι,* — —. *γῆ δὲ πολεμίη τῇδέ τοι κατίσταται,* quem locum jam supra, pag. 59, adn. 8, attigimus. VIII, 142, — *κόσμον φέρον οὔτε γε ἄλλοισι Ἑλλήνων οὐδαμοῖσι,*

ὑμῖν δὲ δὴ καὶ διὰ πάντων ἥκιστα πολλῶν εἵνεκεν. Haec est Schweighaeuseri, Stegeri, Kruegeri, Steinii scriptura, ex quibus Kr. ad grammaticam suam I, 69, 53, adn. nos delegavit. Joh. autem et D. et Ab. Werferum sequentes legunt *οὔ τί γε* pro *οὔτε γε.*

Tum post illud *τέ* sequitur *οὐδέ,* de quo usu adeas Hartungium, Lehre von d. Partikeln, Tom. I, pag. 209, et Klotzium in Devarium, Tom. II, pag. 742. Huc pertinet VI, 9, — — *ἐπαγγείλασθε τάδε, ὡς πείσονταί τε ἄχαρι οὐδὲν* —, *οὐδέ σφι οὔτε τὰ ἱρὰ οὔτε τὰ ἴδια ἐμπεπρήσεται, οὐδὲ* — —.

Sunt quoque loci, ubi duorum membrorum conjunctio propter ea, quae interjecta sunt, cum oppositione commutata sit, cui rei exempla praebeant II, 104, *αὐτὸς δὲ εἴκασα τῇδε, καὶ ὅτι μελάγχροές εἰσι καὶ οὐλότριχες. καὶ τοῦτο μὲν ἐς οὐδὲν ἀνήκει· εἰσὶ γὰρ καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι. ἀλλὰ τοισίδε καὶ μᾶλλον, ὅτι μοῦνοι πάντων ἀνθρώπων Κόλχοι καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Αἰθίοπες περιτάμνονται ἀπ᾽ ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα.* Alterum membrum, quod illi *καὶ ὅτι μελάγχροές εἰσι κ. οὐλ.* respondere debebat, initio convenienter sic erat scriptori instituendum *καὶ ὅτι μοῦνοι πάντων* — —, sed propter interjectam illam sententiam *καὶ τοῦτο μὲν ἐς οὐδὲν ἀνήκει* — alia assumpta est constructio *ἀλλὰ τοισίδε* — —, qua alterum *καί* oppressum est. III, 60, — *ὅτι σφι τρία ἐστὶ μέγιστα* — — *ἐξεργασμένα, οὔρεός τε ὑψηλοῦ* — —, *τούτου ὄρυγμα* —. Post scriptor in ea fossa diligentius describenda commoratur, quo factum est, ut primum illius partitionis membrum mutata forma infra repeteretur *τοῦτο μὲν δὴ ἓν τῶν τριῶν ἐστί,* cui inserviunt secundum et tertium *δεύτερον δὲ* — —, *τρίτον δὲ* —. VIII, 87, *ὅτε γὰρ τῆς Ἀττικῆς νεὸς τριήραρχος* — — — *πρὸς ἄλλας ἐτράπετο,* quod in consequente capite sic iteratur *Τοῦτο μὲν τοιοῦτο αὐτῇ συνήνεικε γενέσθαι* —, quod alterum membrum sic conformatum subsequitur *τοῦτο δὲ συνέβη ὥστε κακὸν ἐργασαμένην ἀπὸ τούτων αὐτὴν μάλιστα εὐδοκιμῆσαι παρὰ Ξέρξῃ.*

Jam ut vidimus, scriptorem conjunctionem deserere et oppositionem assumere, ita loci deprehenduntur, in quibus *ab instituta membrorum oppositione ad conjunctionem transeatur.* De qua scribendi consuetudine consulas R. § 134, 6, a, cc, *α*; Ku. § 733, 6, a; Matth. § 622, 7; Th. § 312, 20[2]).

---

[2]) Adeas etiam Hartungium, Lehre von d. Part., Tom. II, pag. 410, et Klotzium in Devarium, Tom. II, pagg. 659, 660. Exempla autem ex carminibus Tyrtaei repetita mihi haec afferre liceat X, 7—9 et XII, 11—12, ex editione Bergkiana, in quos locos Buchholzium consulas.

Duo tantum apud Herodotum inveni exempla, quae ad hoc genus retuleris, quorum unum, si, ut Lhardyum et Kruegerum sequamur, placet, hoc est I, 106, *καὶ τούτων μὲν τοὺς πλεῦνας Κυαξάρης τε καὶ Μῆδοι — — κατεφόνευσαν, καὶ οὕτω ἀνεσώσαντο τὴν ἀρχὴν Μῆδοι, καὶ ἐπεκράτεον* —, particulae *δέ*, quae *μέν* sequi debebat, substitutum est *καί* in sequentibus *καὶ τήν τε Νίνον εἷλον — — — καὶ* —, apte Kr. contulit Xen. Anab. I, 10, 16; alterum est III, 73, *ὅτε γε ἀρχόμεθα μὲν ἐόντες Πέρσαι ὑπὸ Μήδου ἀνδρὸς μάγου, καὶ τούτου ὦτα οὐκ ἔχοντος*. Ab. illud *μέν*, quod corruptum esse judicavit, contra codices delevit. St. autem existimat, contrarium latere in his *καὶ τούτου ὦτα οὐκ ἔχοντος*. Lhardyo Herodotus scripturus esse videtur *προσήκει δὲ ἡμῖν ποιέειν τὰ ἐπέσκηψε τοῖσι Πέρσῃσι ὁ Καμβύσης*, et sic fere Kruegero. Atque mihi quidem, quamquam non aegre feram, si quis *μέν* h. l. confirmativum, de quo adeas pag. 57, adn. 7, esse statuerit, contrarium contineri videtur in his *ὅσοι τε ὑμέων Καμβύσῃ νοσέοντι παρεγένοντο, πάντως κου μέμνησθε τὰ ἐπέσκηψε Πέρσῃσι* — [3]).

Ad quos locos proxime accedunt ii, in quibus *propter quandam repetitionem abnormis facta est structura*, II, 158, *ὀρώρυκται δὲ πρῶτον μὲν τοῦ πεδίου τοῦ Αἰγυπτίου τὰ πρὸς Ἀραβίην ἔχοντα*. Dicit Ab., illi *πρῶτον μέν* oppositum esse *ἔχεται δέ*, sed nescio an Lh. et Kr. rectius statuerint, alterum membrum esse *καὶ ἔπειτεν τείνει ἐς διασφάγας*; hoc autem respondet antecedenti *τοῦ ὦν δὴ οὔρεος τούτου παρὰ τὴν ὑπωρέην ἧκται ἡ διῶρυξ* —, quod mutata forma prius membrum repetit. Cum quo loco comparetur VI, 42, *ἀλλὰ τάδε μὲν χρήσιμα κάρτα τοῖσι Ἴωσι ἐγένετο τούτου τοῦ ἔτεος· Ἀρταφέρνης — — ἠνάγκασε* —, hoc iteratur per *ταῦτά τε ἠνάγκασε ποιέειν*, contrarium autem exprimit sequens illud *καὶ — — φόρους ἔταξε ἑκάστοισι*, quae explicatio Steinio debetur. Ceterum hic locus a reliquis interpretibus praetermissus est.

---

[3]) Aut fallor aut errore typographi factum est, ut in editione Dietschiana II, 145 scriberetur *Ἡρακλέης τε τῶν δευτέρων*, quod vitium in Abichtii quoque editionem irrepsit; certe apud neutrum haec a vulgata scriptura, quae est *Ἡρ. δέ*, declinatio commemoratur nedum comprobetur.

Summarium commentationis.

Corrigenda.

pag.	15,	vers.	23,	legas	praecipit
„	35,	„	15,	„	*ἐκ*
„	36,	„	15,	„	*παραινέσιος*
„	42,	„	23,	„	*ἐμοί*
„	44,	„	1,	„	consentaneum
„	„	„	26,	„	*μιν*
„	53,	„	27,	„	exhibeant
„	59,	„	31,	„	*γῆ*